881
H8.Yro

QUAESTIONUM HOMERICARUM SPECIMEN.

DISSERTATIO

INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXIX. M. NOVEMBRIS A. MDCCCLXIX.

H. XII.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

HERMANNUS ROEHL

BORUSSUS OCCIDENTALIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

P. WEISSENFELS, DR. PHIL.
E. LOHSEE, STUD. PHIL.
E. SCHMIELE, STUD. PHIL.

BEROLINI

TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS LANGE (OTTO LANGE).

881
H8.Yro

VIRO SUMMO

ADOLPHO KIRCHHOFF

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

Poësim epicam ante carminum homericorum partes antiquissimas diu a Graecis exercitatam esse ex ipsis carminibus concludendum est. Hoc enim apparet e natura atque indole popularis poësis quae ut lingua neque subito oritur neque repente convertitur; apparet e metro elegante atque exculto, e. g. ex caesuris artificiosis quae pristinam tripodiarum commissuram obliterant; apparet e multarum locutionum usu qui formularum vim aequat; apparet denique e dialecto homerica. Si quidem ea omnino nominanda est dialectus quam neque organice procreavit neque unquam locutus est populus, sed poëtae quadam consuetudine formaverunt et traditione servaverunt. Qui sermo epicus ortus est non tam illatis dialecto ionicae novis elementis quam veteribus retentis; vocabula enim et grammaticae formae quamquam in sermone vulgari iam obsoleverant, dummodo cum metro convenirent, ex poësi non penitus evanuerunt. Iam hanc tenacitatem, quam in copia vocabulorum et in grammatica flexione cernimus, etiam ad sonorum pronuntiationem valuisse per se verisimile est, praesertim quum haec ex etymologia et grammatica tota pendeat. Accedit aliarum linguarum analogia: neque enim alienum videtur quod persica poësis medii aevi et francogallica etiam nostri temporis syllabarum finalium vocalem e quae vulgo muta est tamen pro syllaba numerant.

Diphthongorum graecarum tres sunt classes: pars originem ducit ex longis vocalibus vel diphthongis linguae indogermanicae; pars orta est in graeca lingua unius brevis vocalis aut auctione organica (guna) aut productione compensativa; pars item in graeca lingua oritur vocalium contractione. Ita-

que non nisi in tertia classe poëtae servata pristina diaeresi a communi sermone quum iam diphthongo uteretur, potuerunt recedere et saepe recesserunt. Atque si duarum vocalium incontractarum altera aut utraque est longa, metrum diaeresim indicat; sed si utraque brevis est, nonnunquam dubitari potest utrum poëta diphthongum an diaeresim pronuntiari voluerit. Primum autem metrum docet diphthongum pronuntiandam esse ubi ad stirpem quae in brevem vocalem exit accessit terminatio vel suffixum a brevi vocali ordiens, e. g. Λητοΐ, non Λητόϊ; πληθυΐ, non πληθύϊ; quorum vocabulorum numerus nequaquam magnus est. In his igitur contractio tam antiquis temporibus facta est ut nullum diaeresis vestigium ad homericum aevum pervenerit. Sed ne in iis quidem vocabulis, in quibus contractio non tam antiqua est, poëtae diaeresim sine exceptione servare potuerunt. Quamquam enim e. g. vox ἠριγένεια contracta est ex ἠριγενέ(σ)ια, tamen propter multas continuas breves syllabas vetustior forma servari nullo modo potuit; talia igitur vocabula ab hac disputatione prorsus arcenda sunt. Caeterum etiam in iis vocibus, quarum diaeresim probare conabimur, putandum est poëtas incontractis formis usos esse non tam eam unam ob causam quia vetustiores erant quam quia cum metro dactylico in universum melius conveniebant; itaque si quando ob aliquam causam contracta forma commodior videbatur, neglecta diaeresi epica ad diphthongum in sermone vulgari usitatam recurrere non dubitabant. Quam ob rem non mirandum erit quod poëtae e. g. pro πάϊδος πάϊδες πάϊδας, ut vocalis sequi posset, saepius contractas formas παιδός παῖδες παῖδας in usum vocaverunt. Praeterea autem duae hexametri sedes propter magnum ictus pondus aptissimae videbantur in quibus contractas formas si quando iis uti placeret collocarent: dico primam et sextam thesim. Atque primam quidem thesim, quippe cuius ictum admodum validum esse constet, diphthongum tueri non mirum est; ad sextam thesim exemplo opus videtur. Vox αἶα, de qua mox agemus, contracta est ex ἄϊα;

αἶα saepe occurrit sed semper in sexta thesi; confer hos Iliadis locos: πατρίδος αἴης B 162. 178. Δ 172. Λ 817. O 740. Π 539; ἐπ' αἶαν E 1. I 506. Ψ 742. Ω 695; ὑπὲρ αἴης Ψ 327; αἶα in variis locutionibus B 850. Γ 243. N 4.

Videamus igitur quatenus poëtae homerici non diphthongo sed duabus brevibus vocalibus usi esse possint putari, atque ita ut ne eam quidem diaeresim quae ad totam ionicam dialectum pertinet neglegamus; sed ne magnum volumen conscribamus quaestio artius definienda est. Iam agemus de iis praecipue diphthongis quarum altera vocalis est ι, et plerumque solum Iliadis usum examinabimus. Odysseam igitur, quippe quae novum fructum vix afferat, ne moles exemplorum duplicetur non nisi in vocibus rarioris usus adhibebimus; parcius etiam ex Hesiodo exempla excerpemus.

Si eas diphthongos reicimus quae ita ortae sunt ut cum ea brevi vocali in quam stirps exibat contraheretur terminationis vel suffixi vocalis iota: tum eae quae restant diphthongi αι ει οι ex duabus brevibus vocalibus contractae in tria genera possunt distribui: aut vocales principio diremptae erant aliqua consonante quae iam evanuit; aut ι ortum est ex suffixi spirante j quae finalem brevem stirpis aut initialem ipsius suffixi vocalem continuo sequebatur; aut denique ι cum consonante, quae ipsam a stirpis vocali separaverat, locum mutavit.

I.

In primo genere intercidisse potest inter breves vocales praecipue ϝ aut j aut σ aut τ.

1) De brevibus vocalibus inter quas ϝ intercidit.

Spirans ϝ si inter vocales est non nisi in Alcmanos (Alcaei Sapphus) carminibus et in veteribus inscriptionibus phocensibus locrensibus doricis, diutius in boeoticis sub ipsius forma ϝ servata est; in doricis dialectis saepe transit in β, in ionica raro in γ (ut ἀτρύγετος ex ἀτρύϝετος, cf. Curt. etym. p. 529); plerumque tamen consonans esse desinit atque tres quidem

sortes pati potest. Primum enim potest in υ transire ita ut cum antecedente vocali in diphthongum coalescat, confer vocabula aeolica αὐάτα Ἄρευος εὔασον, laconicum λαυαγήτα, boeoticum βούεσσιν. Ionica autem dialectus in universum huius mutationis non est amans; nam si subtrahis ea exempla in quibus vocalis υ fortasse vetustior est non admodum multa relinquuntur: ἀγαυός, εὔαδε, καύηξ, αὐέρυσαν ex ἀ(να)-ϝέρυσαν, αὐΐαχοι, Hesiodeum καυάξαις ex κα(τα)ϝάξαις cf. Curt. etym. p 496. Deinde ϝ inter vocales ita potest evanescere ut prior vocalis producatur; Ebelius quidem in Kuhnii ephemeride IV 170 tum priorem tum sequentem vocalem produci arbitratus est, sed Sonnius ibid. XIII 431 physiologicis argumentis probavit in iis exemplis ubi sequens vocalis producta videretur permutationem quantitatis esse ponendam, ita ut βασιλέως non continuo ex βασιλέϝος sed ex βασιλῆος ortum sit. Addere potuerat etiam veteres Atticos genetivis in ηος usos esse, cf. οἰκῆος in Solonis lege ap. Lys. X 19. Producitur igitur evanescente spirante breve α in longum: λαός ex λαϝός; ε tum in η tum in ει: βασιλῆος ex βασιλέϝος, κληηδών ex κλεϝηδών, ἠΐσκομεν ex ϝεϝίσκομεν, σπεῖος (ε 194) ex σπέϝος, item Σπειώ Κλειώ χείω πλείω πνείω θείω πλεῖος νειός (cf. Curt. etym. I 278.) λείων (cf. Curt. etym. I 333. II 151.) εἰάω (cf. ephem. IV 169) etc. Hoc autem ει productione vocalis ε, non mutatione spirantis ϝ in ι, ortum esse pulcre exposuit Curtius etym. I 276 sqq; idem de eo οι, quod ex οϝ ortum diphthongi speciem prae se fert, probabilem in modum disputavit; nam pro pristino οϝ nunc legitur οι in πνοιή εὐπλοίη ἀγνοιῆσιν. Sed si librorum traditioni fides habenda est, tales formae non cum Curtio epico tantum usui debent tribui; nam legitur ῥοιή ap. Hippocr. p. 411. 54, quod vocabulum ex ῥοϝή ortum esse et etymologia et inscriptio quaedam corcyraea docent. Tertio denique spirans ϝ inter vocales debilitari potest in spiritum asperum qui ipse mox evanescit; conferendae sunt voces graecae πενταϝετηρίς πενταέτηρίς

(tab. Her.) πενταετηρίς et theotiscae „êwa eha ea“ ap. Graff. I 510. 511. Itaque aliquamdiu hiabant vocales, deinde in graeca lingua si fieri potuit plerumque contractae sunt; sed epicus sermo incontractas formas quatenus idoneae videbantur servavit etiam ubi vulgaris sermo diphthongo utebatur; usum autem esse vulgarem sermonem diphthongo iam tum multis in formis, inde patet quod poëtae contractam formam haud raro propter metricam convenientiam ex communi usu receperunt. Alia ex parte adnotandum est haud paucis in exemplis ne vulgarem quidem ionicae dialecti sermonem vocales contraxisse ita ut in his usus epicus cum illo quadraret; intellegitur autem quam temerarium sit ex tali interno hiatu concludere etiam illo tempore spirantem inter vocales pronuntiatam esse. De hoc igitur tertio genere iam agendum est.

Stirpes in εϝ, quarum nom. sing. exit in ευς, apud Homerum vulgo in flexione, ubi ϝ intercidit, vocalem ε producunt; brevis vocalis, qua ionica prosa postea semper utitur, quoties a poëtis in usum vocata est, cum terminationibus ος α ες ας aeque atque in prosa non contrahitur; ἱππεῖς Λ 151 a Lehrsio correctum est in ἱππῆες quod Bekkerus recepit. Synizesis autem nonnunquam occurrit: Τυδέα Δ 384, Μηκιστέα Ο 339. Iam qualis sit conditio dativi in εῖ disquirendum est, qui quum Herodoteo tempore per diaeresim pronuntiatus sit, homerico aevo non aliter sonuisse potest; nulla enim lingua contractas formas rursus solvere valet. Accedit quod apud Pindarum et Simonidem, qui veterem usum imitantur, dativus in εῖ nonnunquam metro postulatur: ap. Pind. I. VIII. 18 βασιλέϊ, VIII. 38 Πηλέϊ, VIII. 81 Ἄρεϊ, Simon. C. 37. 4 Περσέϊ. In Iliade metrum diaeresim semper permittit: Ἀτρέϊ Β 105; Τυδέϊ Δ 372. Κ 285 s; [litera s addita significat versum spondaïcum diaeresi probata evanescere; litera n diaeresim necessariam esse] Πηλέϊ Ω 61; Τυφωέϊ Β 782; Πορθέϊ Ξ 115. Sed Ἀχιλλεῖ Ψ 792 in fine versus pertinet ad id exceptionum genus cuius postea aliquot exempla afferemus. Dativus υἱέϊ a stirpe υἱεϝ exstat Γ 174. Ο 455 s. Υ 81. Φ 141.

Ω 112. Contracta autem forma ex Iliade expellenda est: quod X 302 legebatur υἱεῖ ἐκηβόλῳ non ferendum erat ob neglectum ϝ vocis ἑκηβόλος; scribendum igitur est υἷϊ cum Hermanno et Bekkero, eademque forma pro υἱεῖ restituenda etiam Σ 144. 458. Φ 34; itaque non fortuito hoc ultimo loco sequens vox initium habet a duabus consonantibus. Quod autem scholia B ad Φ 34 repugnant: τὸ δὲ υἱεῖ περισπαστέον καὶ διὰ διφθόγγου γραπτέον· ὡς ἀπὸ τοῦ υἱεύς γὰρ γίνεται, nihil valet quoniam haec ipsa derivatio postulat apud Homerum dativum non in ει sed in εϊ. Praeterea pertinent ad has stirpes in εϝ aliquot casus nominis Ἄρης quos a stirpe Ἀρεϝ formatos esse vocalis ε saepe ante omissum ϝ producta prodit: Ἄρηος (accentus praeter regulam stirpium in εϝ positus est) Ἄρηϊ Ἄρηα et adiectivum Ἀρήϊος; caeterum ipsum nominativum in ευς servavit aeolica dialectus (cf. Eustath. ad E 31) nec non casus obliquos Ἄρευος Ἄρευϊ Ἄρευα (cf. Choerob. in Bekk. anecd. III. p. 1340), neque alienum videtur nomen regis Spartani Ἄρευς. Ab hac igitur stirpe Ἀρεϝ derivantur apud Homerum — praeter Ἄρηος Ἄρηϊ Ἄρηα — genetivus Ἄρεος Δ 441 et dativus Ἄρεϊ B 479; contracta forma Ἄρει ter in editionibus nostris exstat, E 757. Φ 112. 431, quibus locis ictus in ultimam syllabam cadit. At quum duobus locis, Φ 112. 431, diphthongus ει in hiatu non sit ferenda (cf. Hoffmann. quaest. hom. I. 62); quum priore loco Alexandrini varia terminationis lectione non adnotata legerint alii ἀρῇ alii Ἄρῃ, quamquam hoc Ἄρῃ ex Ἄρηϊ contractum opinabantur; quum denique ictus in ultima syllaba vocis Ἄρει eam regulam mox diligentius exponendam laedit secundum quam dativi tertiae declinationis, qui contracti videntur, non nisi in arsi ante vocalem occurrunt: prorsus assentior Hoffmanno qui Ἄρῃ restituendum censuit. Hic deflexus in primam declinationem etiam in genetivo Ἄρεω et in accusativo Ἄρην E 909 agnoscendus est; utitur igitur haec vox tribus stirpis variationibus: ἀρες (inde Ἄρης et Ἄρες), ἀρεϝ (inde Ἄρηος Ἄρεος, Ἄρηϊ Ἄρεϊ, Ἄρηα et Herodoteum Ἄρεα,

adiectivum ἀρήϊος et formae aoelicae nomenque laconicum), ἄρα (inde Ἄρεω Σ 213 secundum Aristarchum; Ἄρῃ Ε 757. Φ 112. 431; Ἄρην Ε 909 secundum Herodianum). — Ut terminationes ita suffixa cum his stirpibus in εϝ diphthongum primo non formant: metro postulatur Ἀχιλλέϊοι ap. Theocr. XXIX. 34, Κρηθεΐδης Pind. P. IV. 152, Αἰγεΐδης Pind. P. V. 80, Πηλεΐδης Pind. Pyth. VI. 23, Ἀτρεΐδης Pind. P. XI. 31. J. VIII. 51, Οἰνεΐδης Pind. J. V. 31, Τυδεΐδης in scol. 10. 4 ap. Bergk; Dores pronuntiasse Ἀτρεΐδας testatur Eustath. ad A 8: ὡς δὲ τὸ Ἀτρεΐδης Πινδαρικῶς κατὰ διάστασιν Δωρικόν ἐστι δηλοῦσιν οἱ παλαιοί, et idem hanc incontractam formam etiam Aeolibus tribuit, ad A 22: ὡς δὲ οἱ Αἰολεῖς πολλάκις ἐν ταῖς διφθόγγοις οὐκ ἀποβάλλουσιν ι ἀλλὰ ἀρκοῦνται μόνῃ διαστάσει ὡς ἐν Ἀτρεΐδης... δηλοῦσι καὶ αὐτὸ οἱ παλαιοί. Itaque secundum eundem usum fit ut in Iliade metrum diaeresim semper permittat; occurrunt haec nomina: Ἀτρεΐδης Τυδεΐδης Αἰγεΐδης Φυλεΐδης Νηλεΐδης Ὀτρυντεΐδης Οἰνεΐδης Ἀζεΐδης Ἀμαρυγκεΐδης Καινεΐδης; in locorum longa enumeratione non moror quia res notissima est. Hisce locis diaeresis tollit versum spondaïcum: Z 64. H 176. I 178. 226. 388. Λ 268. 272. Ξ 137. T 241. Α 203. Ε 813 et versum ὁλοσπόνδειον ab Aristarcho τῇ διπλῇ notatum Λ 130. Liceat inserere vocem Πειραΐδης Δ 228, quamquam longe alia est eius origo, cf. Hesych. s. v.: Πειραίου υἱός; cf. sch. V. ad N 612. Suffixum ιων exstat in Πηλεΐων et Ἀτρεΐων ut Bekkerus in altera ed. scripsit; quibus formis restitutis spondaïci tolluntur hi: Α 197. Β 674. 770. Θ 474. I 181. 698. Κ 323. Ξ 281. P 191. 208. 214. 280. Σ 226. 261. 267. T 75. Υ 27. 45. 366. Φ 327. Χ 193. 278. Ψ 35. 249. 793. Ω 458. 465. Γ 193. Suffixi ιο ad has stirpes additi, ita ut elisa spirante ϝ antecedens ε non produceretur, pauca exempla inveni: Ὀρνεϊαί Β 571 ab Ὀρνεύς, cf. Pausan. II. 25. 5. X. 35. 8. Deinde fluminis nomen Σπερχεϊός. Nam inter ε et ι non periisse σ — ut ex adiectivo ἀσπερχής facile quis concluserit — sed ϝ ea re verisimile fit quod apud Herodo-

tum VII. 198 pro εϊ occurrit ηϊ: Σπερχηϊός, si quidem traditioni fides habenda est qua de re editores dubitant; putandum igitur est a masculino σπερχεύς = cursor, quamquam in servatis literaturae monumentis non invenitur, derivatum esse adiectivum σπερχεϝιός σπερχειός = cursorius, sc. amnis. Hoc igitur fluminis nomen in Iliade per diaeresim legi potest: Σπερχειοῖο Π 174. Σπερχειῷ Π 176. Ψ 142. Σπερχεΐ', ἄλλως Ψ 144. — Transeo ad adiectiva in υς, quorum stirps exit in ϝ, antecedente aliqua consonante. Itaque in nominativo sing. masc. et neutr. ϝ mutatur in υ; sed in casibus obliquis et in genere feminino inter priorem consonantem et ϝ euphoniae causa intericitur vocalis ε, ita ut postea spirans ϝ quae iam inter duas vocales est elidatur; eliditur etiam in dativo plur. qui caeterorum casuum analogiam anorganice sequens non in υσι sed in εσιν exit. Iam masculini et neutrius formas in εος εα εε εοιν εες εα εων εας apud Homerum non contrahi notum est; synizesis autem nonnunquam occurrit, sed ne ea quidem saepe et tantum in πολέος πολέας πολέων. Etiam dativi sing. terminationem εϊ metrum semper permittit: εὐρεῖ Δ 76 s. ἡδεῖ Δ 131.; ὠκεῖ Ο 238. Π 583; ὀξεῖ: ὀ. δουρί (semper s.) Δ 490. Ε 73. 238. 336. Λ 95. 421. Ν. 542. Π 317. 806. Υ 448. Φ 91. ὀ. χαλκῷ (semper s.) Δ 540. Ε 132. 558. 675. 821. Ι 458. Κ 135. Ν 212. 338. 561. Ξ 12. Ο 433. 482. Π 623. 819. Ρ 126. Σ 236. Τ 211. 283. 292. Φ 37. 568. Χ 67. 72. Ψ 412. Ω 393. ὀ. λᾶϊ Π 739 s.; sed pro πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ, quod editiones Η 86 praebent, legendum esse aut per elisionem πλατέ' Ἑλλησπόντῳ aut per synizesim πλατέϊ-Ἑλλησπόντῳ postea ex analogia neutrorum in ος et masculinorum in ης demonstrabimus. Quodsi videmus poëtam in his adiectivis flectendis constanter incontractis formis usum esse, vix credemus Bekkero versu Ο 238 quippe in primo pede spondei amante legendum esse ἴρηκι ἐοικώς-ὠκεῖ φασσοφόνῳ. Quid, nonne eadem editio alio loco, Π 583, praebet ἴρηκι ἐοικώς-ὠκεῖ ὅς τ' ἐφόβησε κτλ? Caeterum primus hexametri pes spondeum non ita

praefert ut dactylus in ipso non sit multo frequentior, cf. Bekk. sched. hom. p. 138. Itaque, opinor, non est cur spreta derivationis et flexionis analogia, quam carmina homerica ostendunt, primo pedi spondaïcas formas tribuamus qua opera ne id quidem effici potest ut numerus spondeorum aequet dactylorum numerum. Quod iam ad horum adiectivorum feminina in εῖα (ex εϝια) attinet, nemo mirabitur quod in ταχεῖα βαθεῖα παχεῖα γλυκεῖα δασεῖα βαρεῖα λίγεια diaeresis non servata est; huius generis exceptiones in posterum tacebo. In reliquis autem femininis in εια, nisi aliqua causa intercedebat, poëtae solutam formam praetulerunt; ὠκέϊα: ὠκεϊάων s.: Δ 500. Η 15. 240. Θ 197; εὐρέϊα χθών s.: Δ 182. Θ 150. Λ 741. Φ 387 (haec diaeresis tollit quatuor versus spondaïcos admodum molestos), Τροίη ἐν εὐρείῃ Ω 256. 494. Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ Ν 453. εὐρέϊαν Ι 350. Σ 542. εὐρέϊ' οὐ Μ 53; θηλέϊαι Υ 222. ἄμφω θηλείας Β 767. πάσας θηλείας Λ 681; ἡδέϊα Θ 550; ὀξέϊα Λ 268. Π 518. Ο 313. Σ 551; Αἰπέϊα: καλήν τ' Αἰπέϊαν Ι 152. 294. Hisce locis diphthongus ob graves causas admissa excusationem habet, ex α finali: ἰθεῖα Ψ 580, θήλεια Θ 7, ὀξεῖα Ρ 372, αἰπεῖα κολώνη Β 811, Λ 711, δριμεῖα Ο 696; ex syllaba finali αν quam vocalis sequitur: εὐρεῖαν Ο 358, αἰπεῖαν Ι 668; ex sexta thesi: Ἑλίκην εὐρεῖαν Β 575, Λυκίης εὐρείης Ζ 173, Λυκίη εὐρείη Ζ 210, Τροίη εὐρείη Ν 433, Κνωσῷ εὐρείη Σ 591, τρηχεῖαν Β 633. 717. Sed restant hi loci: Π 455 εἰς ὅ κε δὴ Λυκίης εὐρείης δῆμον ἵκωνται; Π 683 (673) κάτθεσαν (θήσουσ') ἐν Λυκίης εὐρείης πίονι δήμῳ; Ζ 188 κρίνας ἐκ Λυκίης εὐρείης φῶτας ἀρίστους; Λ 272 ὣς ὀξεῖ' ὀδύναι δῦνον μένος Ἀτρεΐδαο. Ultimus vero versus propter inauditam elisionem suspectus haud dubie in hunc modum est corrigendus: ὣς ὀξέαι ὀδύναι δ. μ. Ἀ, de hiatu cf. Hoffm. qu. hom. I p. 62 et p. 68; in caeteris dubium videri potest utrum exceptio an corruptio sit agnoscenda. Si autem satis seros rhapsodos pristinum verborum ordinem immutasse putamus, omnes illi loci facilibus emendationibus patent: εἰς ὅ κεν εὐρείης Λυ-

κίης ἐς δῆμον ἵκωνται; κάτθεσαν (θήσουσ') εὐρείης Λυκίης ἐν π. δ; κρίνας εὐρείης Λυκίης ἐκ φ. ἀ. Ad medium versum cf.: Λυκίης ἐν π. δ. Π 437. 514; Ὕδης ἐν π. δ. Υ 385; Φαιήκων ἀνδρῶν ἐν π. δ. Od. ν. 322; Θεσπρωτῶν ἀνδρῶν ἐν π. δ. Od. ρ 526. τ 271; Ἰθάκης ἐς πίονα δῆμον, ξ 329. τ 399; Κρήτης ἐς πίονα δῆμον Hes. θεογ. 477; Κρήτης ἐν πίονι δήμῳ Hes. θεογ. 971. Sed dicat quis coniecturis non opus esse quia ne caeteris quidem locis diaeresis sit probata; cadere enim syllabam ει in arsim non quo unquam εϊ pronuntiatum sit sed quia mediae molossorum syllabae ictum fugiant. At primum dactylicorum dativorum (εὐρέϊ etc.) analogia parem terminationis εια diaeresim tuetur; deinde ne molossorum quidem mediae syllabae ictum tam anxie vitant ut hanc rem ad illud argumentum adhibere liceat. Taceo quatuor illos versus quos in suspicionem vocavi, quamquam contra eum, qui eos semper ita cantatos censet, adhiberi possunt; taceo centum et quadraginta molossos qui in Iliade in fine versus occurrunt; non numero in medio versu hosce: ἠτίμησ' Α 11 (schol. et Bekk. ἠτίμασεν), Πατρόκλεις Α 337 et alibi (leg. Πατρόκλεες), κεινῆσι Δ 181, ὠτειλάς Σ 351 (de his vocibus infra dicemus), εὐχάλκου (leg. ἐυχάλκου) Η 12, κικλήσκειν Ι 11 (Bekk. κικλήσκεμεν), ὀλλύντας τ' Λ 83 (a Bekkero versus expungitur): tamen haud pauci molossi in Iliade restant qui ictum in paenultimam recipiunt: κινήθη Β 149; Κηφισόν Β 522; ἔρρηξαν Γ 348. Η 259. Ρ 44; Καδμεῖοι Δ 391; καυστείρης Δ 342; κυδίστη Δ 515; Θηβαίου Θ 120; Ἀλθαίη Ι 555; ὑσμίνῃ Ν 713. Π 645. Υ 245; Πατρόκλου Π 647. Τ 412; αἰζηῷ Π 716; χραισμήσει Υ 296; οἰμωγῇ Ω 696. Jam persequor recensionem stirpium in εϝ quarum ε est euphonicum. Artissime enim cohaeret cum adiectivo εὐρέϊα nomen Ῥέϊα, cf. Benfei lex. rad. I 80, Pott. quaest. etym. Π 178, in ephem. V 281. Nam in sanscrita lingua adiectivi uru feminum urvî praeter generalem notionem latitudinis etiam specialem terrae habet; iam utraque notio ad graecum femininum transiit. Graeca autem lingua primum addidit terminationem

α simulque antecedens ῑ̆ corripuit; deinde inter ρ et Ϝ interiecit ε euphonicum ut mox Ϝ evanesceret; ac praeterea principium vocabuli mutandum erat quoniam nulla vox graeca a literis ὑρ orditur. Itaque vocalis υ aut spiritum asperum aut gunam accipere potuit aut ipsa in consonantem Ϝ transire; secundum factum est in adiectivo εὐρέϊα, tertium in nomine Ϝρέϊα. Diversa autem fortuna, quam hae voces passae sunt, ita explicanda videtur ut putemus populum propter diversitatem notionum iam non sensisse voces ad etymologiam penitus easdem esse. Ac nomen Ϝρέϊα re vera aliquando initium a Ϝρ habuisse inde apparet quod semel, O 187, apud Homerum brevior forma Ῥέα (nam εὐρέϊα ad εὐρέα ut Ῥέϊα ad Ῥέα) positionem efficit. Quodsi illa origo vocis Ῥεῖα recta est, consentaneum videtur apud Homerum diaeresim agnoscere quam metrum permittit: Ῥεΐας Ξ 203; terminatio ας, quam Bekkerus ex Aristophanis et Aristarchi auctoritate pro ης recepit, demonstrat hoc nomen pristinam adiectivi naturam totam abiecisse. Caeterum secundum illam etymologiam genuina forma nominativi sing. exit in ᾰ̆; conferendus est versus Hesiodeus, θεογ 453, cuius initium est: Ῥεῖα δ' ὑποδμηθεῖσα κτλ., cf. etiam schol. A ad O 187. A stirpe δελφυ (cf. Curt. etym. p. 420 et 506) derivatur ἀδελφεϜιός ἀδελφεϊός quae forma incontracta legi potest: E 21. Z 61. H 120. N 788. Radix ῥεϜ, quae accedentibus suffixis nascitur ex ῥυ, cernitur in ἐυρρεϜής, ἐυρρεής; itaque legendum ἐυρρεέος ποταμοῖο Z 508. Ξ 433. O 265. Φ 1. Ω 692; deinde in ἐυρρεΐτης Z 34, ἀκαλαρρεΐτης H 422, βαθυρρεΐτης Φ 195. Radix κλυ, si suffixum adicitur, transit in κλεϜ et spirante Ϝ inter vocales elisa in κλε; ideo per diaeresim legenda sunt: κλείω Hes. ἔ. κ. ἡ. 1, Od. α 338. ρ 418; κλεϊτός: κλεϊτήν (..άς) A 447. Δ 102. H 450. M 6. Ψ 864. 873; κλεϊτοί (vel .. ῶν, ..ούς) (τ') ἐπίκουροι (.. ων, .. ους) Γ 451. Δ 379. Z 227. Λ 220. P 14. 212. Σ 229; ἐν κλεϊτῷ Πανοπῆϊ P 307; Κλεϊτος O 445; δουρικλεϊτὸς Μενέλαος E 55. 578. K 230. Ψ 355; δουρικλεϊτὸς Διομήδης Λ 333; τηλεκλεϊτοί (vel .. ῶν) τ'

ἐπίκουροι (.. ων) E 491. Z 111. I 233. M 108; τηλεκλεϊτοῖο Ξ 321 s.; ἀγακλεϊτός B 564. Π 463. Σ 45. Φ 530; ἀγακλεϊτῶν ἐπικούρων M 101. Item diaeresis statuenda est in vocis κλέος nominativo plur. κλέεα ap. Hes. θευγ. 100 pro vulgato κλεῖα et in nominibus in κλέης quorum solutam formam apud lyricos metrum saepe flagitat: Μεγάκλεες Pind. P. VII 17; Ἡράκλεες Pind. N. VII 86, Archiloch. fr. 15 bis, Περίκλεες Archiloch. fr. 15; apud Homerum in Iliade permittit saltem metrum diaeresim ubique (cf. L. Meyerum in ephem. VII 207): Πατροκλέεος Ψ 65. 105. 221, hoc loco tollitur versus ὁμοιοδής ab Aristarcho τῇ διπλῇ notatus; Ἡρακλέεος Ξ 266. O 25. Σ 117. Υ 145; Διοκλέεος E 542. 548; Ἐχεκλέεος Π 189; Ἀγακλέεος Π 571; ἀγακλεέος Π 738. Φ 379. Ψ 529; Πατροκλέεα Λ 602. Π 125. 554. 818. X 331; Ἡρακλέεα Ξ 324; Διοκλέεα E 547; Ἐπικλέεα M 379; Βαθυκλέεα Π 594; Πατρόκλεες Λ 337. Λ 823. Π 7. 20 s. 49. 126. 584. 707. 744 s. 754. 812 s. 839. 843 s.; ἀγακλεές P 716. Repugnare videntur Π 693 Πατρόκλειος ὅτε et Π 859 Πατρόκλειος, τί; L. Meyerus quidem in ephem. VII 207 etiam his locis „Πατρόκλεϝες fortasse legendum" censet, quod quomodi fieri possit non intellego. Neque vero dubium videtur quin utroque loco Πάτροκλε primo exstiterit; de positione quam ὅτε efficere potest confer Θ 556 ἀριπρεπέα ὅτε; de Πάτροκλε, τί (– – – ⏑) confer Δ 155. E 359. T 400 et praesertim Φ 474; ne caetera quidem exempla quae Hoffmannus in quaest. hom. I p. 163 contulit aliena sunt. Deinde ἐυκλεέας legendum est K 281. φ 331; ἐυκλεές P 415; ἀκλεέες M 318; ἀκλεές H 100; ἐυκλεέως (ab ἐυκλεής ut ἀσφαλέως ab ἀσφαλής) X 110; ἀκλεέως X 304 α 241. ξ 371; Ἡρακλεέειος (suffixum est ειος) s: B 658. 666. E 638. Λ 690. O 640. T 98; Ἐτεοκλεέειος Δ 386 s. Omissio unius ε, quae in huius generis vocibus apud Herodotum regulae vim accepit (Περικλέος etc.) etiam apud Homerum interdum invenitur: δυσκλέα (pro δυσκλεέα) B 115. I 22; ἐυκλεΐη (pro ἐυκλεεΐη) Θ 285. ξ 402. Ἡρακλεΐδης (pro Ἡρακλεεΐδης) B 653. 679.

E 628; neque vitari potuit omissio in duobus postremis vocabulis. In Κλεϝώ spirans ϝ non ut in caeteris huius stirpis vocibus nullo vestigio relicto evanuit sed priorem vocalem produxit: Κλειώ Hes. θεογ. 77 (cf. p. 8); apparet autem hanc vocem non nisi hac ratione hexametro inseri potuisse. Jam post hanc radicem κλυ liceat tractare neutrum σπέος quamquam num ex radice σπυ pro σκυ ortum sit (cf. Benf. in lex. rad. I 613; Sonn. in ephem. XIII 431) a multis vehementer dubitatur; certe ad graecam radicem σπεϝ, quae unde oriatur non quaero, accessit suffixum ες et ad hoc terminationes casuum; tum consonantes ϝ et σ elisae sunt. Neque vero metrum ullam contractionem apud Homerum postulat (cf. L. Meyerum in ephem. VII 205): σπέος ε 68. ι 141. 330. 462. μ 93; σπέεϊ Σ 402. Ω 83. β 20. ι 476. μ 210; σπεέσσιν ι 400. κ 404. 424. π 232; σπέεσιν (nam σπέεσιν ad σπεέσσιν ut ἔπεσιν ad ἐπέεσσιν) α 15. 73. δ. 403. ε 155. ι 30. 114. ψ 335; sed praesertim falsa interpretatione literarum E et O, quarum utraque in vetere attico alphabeto non unum modo sonum significavit, factum est ut formae contractae et mutilae in textum irrepserint: σπῆϊ σπήεσσι σπέσσιν. Bis autem evanescens ϝ priorem vocalem produxit, dico in σπεῖος ε 194 qui versus cur in suspicionem vocandus sit ab ipso Meyero in ephem. VII 204 ne minima quidem causa affertur neque exstat, quoniam talis productio offensioni esse non potest (cf. p. 8); deinde in Σπειώ, Σ 40, quod est pro Σπεϝώ. Jam hac analogia fretus defenderit quis vocis σπέος genetivum σπείους qui in editionibus legitur et pro quo nos σπέεος postulavimus. At productio quidem prioris ε in ει tali modo explicari potest, sed contractio syllabarum εος in neutrius genetivo nullam et synizesis, si quis hanc praefert, unam tantum analogiam invenit, P 573 θάρσεος, nam ἐρέβεος Θ 368 comparari non debet. Cur autem σπείεος contractionem pati debuerit non apparet quoniam ea lex, secundum quam posterior ionica dialectus duas vocales contrahebat si aliqua vocalis ante eas praecedebat, ad Homerum non pertinet. Deinde

non casus videtur quod quinque locis inter se diversis illum genetivum consonans sequitur; nam σπείους etiam vocalem post se permisisset, σπέεος consonantem postulabat. Has igitur ob causas diphthongum ει tantum in σπεῖος et Σπειώ nobis agnoscendam putavimus. — Dubium mihi est num inter haec exempla elisae spirantis ϝ recte collocem verbum σεῖω quippe cuius origo ex sanscrita radice su (cf. Curtium in etym. p. 535, Ahrens, gr. gr. § 158) parum constet; sed huius verbi contractam formam poëtae Iliadis non admisisse videntur nisi aut coacti (in σειόμενος σείετο σείσατο) aut in prima thesi (σείων E 563. I 583. X. 133. σείοντ' ἐγχ. Γ 345. σεῖσεν O 321); soluta autem forma legi potest Δ 167. O 230. Υ 59; περισσείοντο T 382. X 315. In vocis Ἀργεϊφόντης priore parte Ebelius in ephem. VI 210 agnoscit stirpem ἀργεϝ, ita ut stirpis ἀργεϝ ad ἀργο eadem sit conditio atque stirpis υἱεϝ ad υἱο; longe aliam diaeresis causam suspicatus est Bekkerus (sched. hom. p. 148): sed ipsam diaeresim iure videtur statuisse, s: B 103. Π 81. Φ 497. Ω 24. 109. 153. 182. 339. 345. 378. 389. 410. 432. 445. Simile quidem huius nominis ad primum aspectum est nomen ἀνδρειφόντης cuius diaeresim quum metrum nusquam inhibeat, Bekkerus in textu significavit; sed quum neque ει neque εϊ adhuc satis explicatum sit, putaverim primo non ἀνδρεϊφόντης sed ἀνειρφόντης cantatum esse, s: B 651. H 166. Θ 264. P 259, certi nihil praedicare audeo. — Cum sanscritae linguae substantivis kravis kravi kravja comparandum est homericum κρέϊας (ex κρέϝιας) pro vulgari κρέας, cf. Curt. etym. p. 142; sed amplioris formae tantum genetivus pluralis occurrit: ὁ δὲ κρεϊῶν ἐρατίζων Λ 551. P 660; ἐπιδευὴς δηρὸν ἔῃ κρεϊῶν M 300; σίτου καὶ κρεϊῶν o 334 quo loco versus ὁμοειδὴς diaeresi tollitur. Ab eadem stirpe κρεϝ derivatur κρέϝιον κρεῖον: I 206. — Etiam in adverbio ῥεῖα, quod haud dubie alicuius adiectivi nominativus pluralis in neutro genere est, spirans ϝ intercidisse mihi videtur quamquam origo vocabuli penitus obscura est. Jam nullam esse voci ῥεῖα cogna-

tionem cum vedica raghu (ut Benfeius voluit), nullam cum radice sanscrita sru, gr. ῥυ (ut voluit Hirzelius, de dial. aeol. p. 36), nullam cum radice ἀρ vel ῥα (ut voluit Walterus in ephem. XIV 107) inde constat quod haec vox primo ordiebatur non a ρ sed a ϝρ; cuius spirantis ϝ vestigia apparent quum in positione metrica (cf. Θ 179) tum in aeolicis formis βρᾶ βραΐδιος, cf. Ahrens. diall. I p. 34. Sed etiam inter ε et ι in ῥέ–ϊα elisam esse spirantem ϝ concludas ex productione vocalis ε in ῥηΐδιος ῥηΐτερος. Quodsi ex ϝρέϝια ortum est ῥέϊα ῥεῖα, tamen trisyllabam formam ῥέϊα propter molestiam, quam in versu efficit, non saepe apud Homerum occurrere exspectabimus, nec saepius quam semel in Iliade exstat: Z 318 ῥέϊα ζώοντες. Sed poëtas sive scivisse sive sensisse si ῥεῖα dicerent se contracta forma uti, prodit diligentia qua primi ictus praesidium contractae syllabae comparaverunt: B 475. Γ 381. Ι 477. Κ 492. 556. Λ 802. Ν 72. 90. Ξ 245. Ο 356. 362. 490. Π 44. Ρ 285. 462. Σ 600. Υ 444. Ω 567; multo rarius ῥεῖα in medio versu invenitur: Μ 451. Ρ 70. Χ 23, ῥεῖα κυβιστᾷ Π 745. 749.

Transeo ad αϊ pro αϝι. σκαϊός respondet sanscrito savja, cf. Kuhn in ephem. IV 22, Curt. etym. 152; utrum autem σ an σκ primigenium sit nostra nihil interest; connexus cum Hesychiano σάϊος, quod Savelsbergus in ephem. XVI 22 huc refert, non tam probabilis mihi videtur ut de origine aut de diaeresi vocis σκαϊός quidquam inde concludere audeam. Certe igitur in σκαϝjός spirans j in vocalem transiit, qua de mutatione postea uberius dicendum erit, tum spirans ϝ elisa est ut oreretur hiatus quem poëtae saepe servaverunt: Σκαϊαί πύλαι Γ 145, Σκαϊῇσι πύλῃσι Γ 149. Π 712. Σ 453. Χ 360; Σκαϊάς τε πύλας Ζ 237. Ι 354. Λ 170; Σκαϊῶν Γ 263. Ζ 307. Χ 6s; prima thesis diphthongum protegit: σκαιῇ Α 501. Π 734. Φ 490; Σκαιάς Ζ 393. — Appellativum ἀγλαΐη et nomen Ἀγλαΐη etiam in editionibus per diaeresim scribuntur; documentum pristinae spirantis ϝ cernitur in ἀγλαύσινος. — Γράϊα Β 498 oritur ex Γράϝια a stirpe γραϝ, cf.

Curt. etym. p. 161. — Item vocem γαῖα ortam esse ex γάϝια docet sct. gô et praecipue send. gava. Soluta forma γάϊα hisce locis in Iliade legi potest: γαῖης N 200. 696. O 335. Ψ 420; ἐξ ἀπίης γαίης A 270. Γ 49; μεσσηγὺς γαίης E 769. H 46; γαίῃ Θ 24. K 374. Λ 378. 574. M 260. O 317. X 276; γάϊαν I 568. Ξ 174. Sed contracta forma exstat sub sexto ictu: ἀπὸ γαίης Θ 16; ἐπὶ γαίης Γ 114. Λ 161. N. 565. 654. Π 310. 413. P 58. 85. Φ 118. Ψ 226. 576; διὰ γαίης E 545; κατὰ γαίης N 504. Π 614; ὑπὸ γαίης T 259. Σ 333; ἐνὶ γαίῃ Υ 279. Φ 69; ποτὶ γαίῃ Δ 112; προτὶ γαίῃ Υ 420; πατρίδα γαῖαν B 140. 158. 174. 454. Δ 180. E 687. H 335. 460. I 27. 47. 414. Λ 14. N 645. O 499. 706. Π 832. Σ 101. Ψ 145. 150; πατρίδι γαίῃ Γ 244. Θ 359. X 404, in variis locutionibus sub sexto ictu A 245. B 95. 418. 784. Δ 451. H 446. Θ 65. 484. Λ 358. 735. N 655. Ξ 200. 301. Φ 119. X 482. Ψ 220. Ω 351; sub primo ictu E 310. Z 282. Θ 479. Λ 356. Ξ 204. O 81. 193. P 373. Υ 58. 63. Φ 168. X 17. Deinde in medio versu contracta forma γαῖα propter ᾰ paene necessaria erat: B 699. 781. Γ 278. Z 464. H 99. O 36. 715. Π 629. P 416. Σ 332. Υ 157. 494; item γαῖαν ut vocalis sequi posset: A 254. B 782. Z 19. H 124. Λ 394. O 505. P 447. Σ 329. 483. Φ 158. Ψ 206. 256. 393. 869. X 64. Ω 54. 342; ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ Λ 425. N 508. 520. Ξ 452. P 315. Itaque pristina diaeresis fortasse propter frequentissimum usum vocis satis antiquis temporibus obliterata videtur, ita tamen ut etiam ex allatis Iliadis locis vestigia eius haec cognoscere liceat: 1) contractae formae sub primo et sexto ictu multo saepius, sc. septuaginta duobus locis, inveniuntur quam sub caeteris quatuor ictibus, sc. triginta quatuor locis; 2) in medio versu γαίης γαίῃ semper, sc. quindecim locis, γαῖαν si sequitur consonans, sc. duobus locis, ictum in ultimam syllabam recipiunt; ubi accusativus γαῖαν ictum in paenultima tenet, sc. viginti duobus locis, semper vocalis sequitur. Neque vero hic usus videtur casus haberi posse neque is ex quo vox αῖα semper sub sexto ictu

invenitur, cf. p. 7; nam ex γάϝια oritur γϝάϝια ϝάϝια ἄϊα, αἷα, cf. Curt. etym. I 146. 150. 314. — Ex πάϝις fit πάϊς et παῖς, cf. Benf. lex. rad. II 73, Meyer. in ephem. V 368, Curt. etym. p. 259; soluta forma πάϊς metro postulatur ap. Archiloch. fr. 72, Sapph. 43, 84, 106, Stesichor. 8. 7, Anacr. 17. 3; 21. 13, in carm. pop. (ap. Bergkium) 23. 2, in fr. adesp. 51, in aeol. fr. 112 ap. Ahrens. diall. II 547; aeolicam hanc formam esse tradidit Herodianus ἐν τοῖς περὶ παθῶν (cf. Schaef. Gregor. p. 638. n. 30) aliique. Quod ad casus obliquos attinet, πάϊδι exstat ap. Anacr. fr. 17 Bergk. et in Theocriti tertio carmine aeolico si Bergkium et A. Fritzschium sequimur; quamquam autem hunc locum Ahrensius in programmate Hannoverano a. 1868 p. 4 aliter constituit, tamen idem, p. 8 not., non negat etiam in casibus obliquis Aeoles diaeresi usos esse. Jam in Iliade diaeresis necessaria est si παῖς sequitur vocem cuius clausula est trochaïca: Πριάμοιο πάϊς Γ 314. Ε 704. Θ 377. Σ 154; Ἱππολόχοιο πάϊς Ζ 119. Η 13. Ρ 140; Ἐχίοιο πάϊς Θ 333. Ν. 422; Ἰφίκλοιο πάϊς Ν 698; Ἀγκαίοιο πάϊς Β 609; Σθενέλοιο πάϊς Τ 123; Ἀγχίσαο πάϊς Υ 112; Οἰνεΐδαο πάϊς Κ 497; λείπεις–χήρην (vel χήρην-λείπεις) ἐν μεγάροιοιν· πάϊς δ' ἔτι νήπιος αὖτως Χ 484. Ω 726; δευόμενος (vel δακρυόεις) δέ τ' ἄνεισι πάϊς ἐς πατρὸς ἑταίρους Χ 492. 499; τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ Σ 569; ἂψ δ' ὁ πάϊς πρὸς κόλπον κτλ Ζ 467. Ad haec exempla aliunde accedunt: πάϊς δ 32, Hes. θεογ. 476, πάϊ ω 192; itaque semper syllaba ις vel ι quartum ictum recipit praeter Ζ 467. Hoc igitur exemplo neglecto caeterorum plurima ante πάϊς et πάϊ praebent paterni nominis genetivum antiquum in οιο et αο; pauca in Χ Σ δ, ubi πάϊς in aliis locutionibus occurrit, fortasse ad illarum formularum analogiam composita sunt. Jam ii Iliadis loci examinandi sunt, quibus παι vel παϊ in arsim cadit — utrum pronuntiandum sit mox quaeremus. Ac primum quidem nominativus singularis in arsi legitur ante vocalem: Κρόνου παῖς Β 205. 319. Δ 75. Ζ 139. Θ 415. Ι 37. Μ 450. Ξ 346. Ο 91. Π 431. Σ 293; ἐὺς

παῖς Ἀγχίσαο B 819. M 98. P 491; Θέτιδος παῖς ὠκύμοιο Δ 512. Π 860, et in aliis locutionibus B 731. E 392. H 271. I 57 s. K 435. Λ 389 s. N 54 s. 825. Ξ 239. 474. O 362. Ω 259. 385. 408. 426. 638. Deinde accusativus singularis παῖδ' ante vocalem in arsi: Z 432. M 309. 387; παῖδες ante consonantem, (αι in arsi): B 289. E 408. Υ 308. K 422. Ψ 631; item παῖδας Z 239; παιδί ante κλ, (αι in arsi) Σ 147; item παῖδα Υ 210. Saepe autem metrum postulat ut diphthongus pronuntietur, in prima thesi: Θ 518. Λ 394. O 663. Σ 555. Ω 161. 331. 539. 687. A 20. 443. 447. Γ 175. Z 400. 408. 477. 483. Λ 710. Π 460. Ω 242. Z 26. Φ 185. A 496. Δ 131. M 403. Σ 89. Ω 214. E 386; in sexta thesi: A 255. Γ 288 Δ 31. 35. Z 245. Λ 558. 560. Υ 304. Ξ 324. T 239. B 731. Z 283. Φ 105. X 234. Ω 748; sed etiam in medio versu in παιδί: I 571. K 270. Λ 783. Π 568. P 196. X 51. Ψ 350; in παῖδα: E 800. 880. Z 839. 404. I 481. 494. T 331. Φ 282. X 407. 490. Ψ 87. Ω 540. 585. 619; in παῖδε: E 548. H 279. Λ 126. 750. X 46; in παισί B 337. Z 372. H 334. M 435. Υ 409. Φ 460; in παιδός ante vocalem: A 393. 596. Z 466. H 235. I 633. N 659. Ξ 266. O 534. Π 522. Σ 71. Ψ 222. Ω 85. 388; in παῖδες ante vocalem: Γ 106. Z 127. K 170. Ξ 115. O 497. Π 260. Υ 183. 231. Φ 151. Ω 603; in παῖδας ante vocalem: B 832. Λ 330. X 423. Ω 751; praeterea in voce παιδοφόνος. Tres denique loci segregatim notandi sunt: H 44. Φ 216 ubi παῖς ante consonantem in arsim, et Θ 57 ubi paenultima genetivi παίδων in thesim cadit. Quaeritur igitur quid de iis locis, quibus diaeresis metro neque postulatur neque prohibetur, statuendum sit, qua de re quanta sit editorum dissensio nemo nescit. Recentiore autem aevo homerico huius vocis diaeresis vix in vivo usu fuisse putanda est praeter illam nomenclationis formulam antiquitus traditam et quasi petrefactam et praeter versus iam priore aetate ad eius analogiam tam sollerter formatos ut etiam in iis syllaba ις quartum ictum acciperet. Nam si etiam praeterea in seri illius temporis

usu epico diaeresis viguisset, nusquam sine causa neglecta esset; atqui nulla causa neque excusatio quadrat ad Φ 216. Η 44. Θ 57. Itaque ex contractae formae usu qualis his tribus locis invenitur concludo extremis homericae poësis temporibus praeter necessariae diaeresis exempla vocem παῖς semper per diphthongum pronuntiatam esse; eo tempore quo cani potuit, Φ 216, εἴ τοι Τρῶας ἔδωκε Κρόνου παῖς πάντας ὀλέσσαι, etiam Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω, Θέτιδος παῖς ἠυκόμοιο canta esse putanda sunt. Sed alius erat usus antiquioris temporis quo pleraque Iliadis carmina composita sunt; neque tunc illi tres versus tales videntur fuisse quales nunc legimus. Nam collata frequentissima formula Ἕκτωρ Πριάμοιο πάϊς nec non sollemni coniunctione vocis θυμός cum pronomine possessivo mihi persuasum habeo cantum olim esse: τῶν δ' Ἕλενος Πριάμοιο πάϊς ᾧ σύνθετο θυμῷ Η 44; neque vero scriba ex hoc versu finxisse potest traditum τῶν δ' Ἕλενος Πριάμοιο φίλος παῖς σύνθετο θυμῷ, sed aliquis recentior rhapsodus qui pro genuino versu e memoria lapso alium composuit ita ut diaeresim vocis παῖς sibi non usitatam neglegeret. Si deinde versum Φ 216 simili ratione fortasse ex Κρόνου πάϊς ἐξεναρίξαι vel alio quodam ortum putamus, denique si v. Θ 57, qui etiam praepositionis πρό notione utitur in caeteris carminibus non inventa, postea insertum putamus ut antecedens versus explicaretur: tum videmus usum solutae et contractae formae antiquo tempore iisdem regulis circumscriptum fuisse quas iam in alia voce invenimus, scil. his: 1) in medio versu πάϊς semper per diaeresim pronuntiabatur; 2) casus παιδός παιδί παῖδε παῖδες παισί παῖδας in medio versu, si ultima syllaba positione producitur, paenultimae diaeresim patiuntur; ubi paenultima in thesi est, ultima est brevis. — καΐω ortum est ex κάϝjω καϝίω; itaque legi potest καΐοντο Α 52. Ψ 242; sed diphthongus usurpata est propter necessitatem in καΐε καίεται καίετο καιόμενος καίεμεν κατακαίω, propter commoditatem in prima thesi: καίωμεν Θ 509, καίουσιν Ι 77, καίοντο Φ 350, in sexta thesi μηρία

καίων O 373, ὀστέα καίων Ψ 222. 224; duobus aliis locis, Θ 521. 561, analogia versuum Θ 509. I 77 docet pristinum verborum ordinem quem recentior rhapsodus paululum immutavit fuisse hunc: καιόντων μέγα πῦρ et καιόντων Τρώων ut diphthongus in primam thesim caderet. Ex eadem stirpe est πυρκαϊή: H 428. 431. Ψ 158. 225. 228. 231. 237. 250. Ω 791. — Ex κλάϝjω fit κλαϝίω κλαίω; hanc formam re vera exstitisse apparet ex aeolico fragmento lyrici carminis ab etym. Leid. (ap. Schaef. in Greg. 583. not. 76; ap. Ahr. diall. II fr. 121) propter ipsam diaeresim servato: κλαΐην δάκρυσι. Quum Curtius, etym. II 198, de κλᾱϝjω loquatur, facile quis concluserit hoc fragmentum sic legendum esse – ⏑ – – ⏑ ⏑; at quia hae syllabae ad nullum metrorum ab aeolicis lyricis usurpatorum quadrant, certum videtur illud α breve esse, ita ut etiam in Iliade κλαΐειν ⏑ ⏑ – exspectare liceat. Diaeresis in Iliade hisce locis statui potest: κλαΐω T 300. Ω 773, κλαΐεις A 362. Σ 73, κλαΐωμεν Ψ 9. Ω 208, κλαΐοισθα Ω 619 s, κλαΐων T 338. X 429. Ω 712, κλαΐοντα B 236, κλαΐοντε Λ 136. X 90. 427, κλαΐουσα Γ 176. T 286. Ω 760, κλαΐουσ': T 301. X 437. 515. Ω 746. 776, κλαΐειν H 427, κλαΐεσκε Θ 364, diphthongus occurrit in prima thesi: κλαῖον (ante voc.) P 427, κλαῖεν Ω 4. 85, κλαῖ' I 564. Ω 510, κλαίοντα T 5, κλαίεμεν T 297, κλαίοντες Ψ 252; in medio versu Ω 511 sequens ε contractionem formae κλαῖεν excusat. δαΐω incendo, ex δάϝjω δαϝίω; δάϊεν I 211. Σ 206, δαΐωσιν Υ 317, Φ 376; diphthongus necessaria erat in δαιόμενος δαίετο, commoda in δαῖεν E 4. 7. E 227, et ante vocalem in δαῖον Σ 347. Vocem δαΐς etiam editiones per diaeresim scribunt quum metrum nusquam obstet. — γαΐω, quod fit ex γάϝjω γαϝίω, non occurrit quia semper ultima thesis diphthongum protegit, κύδεϊ γαίων A 405. E 906. Θ 51. Λ 81.

A stirpe χροϝ, de qua egit L. Meyerus in ephem. V. 368, flectuntur χροός χροΐ χρόα quae formae neque ab Homero neque a Pindaro neque a tragicis unquam contrahuntur, et indidem derivatur χροϊή, cuius vocis diaeresis postulatur

metro ap. Sapph. 21 et 105 (Bergk.), Callim. lav. Pall. 28 (Ahr. diall. II. 509), in Iliade permittitur: Ξ 164. — A stirpe θοϝ, de qua cf. Aufrecht. in ephem. I. 120, est θοϝός θοός, Πάνθοϝος Πάνθοος, Πανθοϝίδης Πανθοΐδης; haec vox legi potest N 276. Ξ 450. 454 s. O 446. Π 535. 808. P 70 s. 81. Σ 250. A stirpe βοϝ est ἑκατομβόϊος· B 449. Z 236. Φ 79; sed Εὔβοια bis diphthongum praebet, B 535. 536, aut quia prima syllaba dissolvebatur aut quia altero loco ultima thesis, altero vocalis quae brevem syllabam finalem αν sequitur contractionem tuetur. — Adiectivi κοΐλος, quod ex κόϝιλος ortum esse docet Curtius in etym. p. 144, incontracta forma κόϊλος metro postulatur ap. Anacr. 9. 2 et in Alcaei fr. ap. Athen. XIV. p. 627 A; recte igitur haec soluta forma Aeolibus ab Apollon. περὶ συντ. p. 13. 28, de pron. p. 371 et ab Herodiano περὶ μον. λέξ. p. 21. 2 tribuitur; in ampliore autem forma κώϊλος, ap. Alcaeum, longitudo primae vocalis luculentum pristini ϝ documentum est. In Iliade κόϊλος ubique legi potest: κοΐλης παρὰ (ἐπὶ ἐνὶ) νηυσίν A 98. E 791. H 389. M 90. N 107. O 743. X 115; κοΐλας ἐπὶ νῆας E 26. H 78. 372. 381. 432. Θ 98. K 525. Π 664. Φ 32. X 465. Ψ 883. 892. Ω 336, κόϊλον M 169, κοΐλης Ψ 419. Δ 454, κοΐλην B 581. Φ 494. Ω 797, κοΐλησιν A 26. Ex ὄϝις fit ὄις, quam formam Aeolibus tribuit Priscianus VI. p. 264; apud Homerum ubi versus non obstaret, Aristonicus et Herodianus diaeresim statuebant, quum Aristarchus et Ptolemaeus Ascal. diphthongum praeferrent, ut scholia ad Γ 198 docent. Postulat autem metrum in Iliade diaeresim K 215. Λ 245. Ω 125, saepe permittit: ὄιος O 373, ὄιν Ω 621, ὄιες Δ 433. Ψ 31, ὀίων Γ 198, ὀίεσσιν E 137 s. Z 424 s. K 486; diphthongus excusatur tum sequentibus brevibus vocalibus ut in οἰοπόλος, tum sexta thesi: πῶυ μέγ' οἰῶν Λ 696. O 323, ἄρσενος οἰός M 451, πώεα οἰῶν Λ 678, tum vocali quae brevem syllabam finalem ος sequitur: ἐυστρεφεῖ οἰός ἀώτῳ N 599. 716. Tamen duae exceptiones restant. Legitur enim X 501: μυελὸν οἷον ἔδεσκε καὶ οἰῶν πίονα δημόν;

quominus igitur οἰῶν etiam ad μυελόν referamus impedit collocatio; quodsi vox μυελός pro nude dicta accipitur, notabilis oritur inconcinnitas sententiae. Itaque a recentiore rhapsodo hunc pristinum verborum ordinem turbatum esse existimo: μυελὸν οἷον ἔδεσκ' οἰῶν κ. π. δ., nisi cui placet nulla mutatione adhibita legere μυελὸν οἷον ἔδεσκε καὶ οἷον π. δ. Etiam altero loco, Σ 588, clausula metricam ob causam molesta μέγαν οἰῶν ἀργεννάων suadet ut primo cantum esse putemus οἰῶν μέγαν ἀργεννάων.

In fine huius partis agam de aliquot stirpibus quae quum primo a spirante ϝ initium haberent, cum augmento aut reduplicatione coalescere non poterant; in his etiam eo tempore quo spirans elisa et hiantes vocales in vulgari sermone contractae erant poëticus usus diaeresim contractioni praeferebat. ἔιδε, quod ortum est ex ἔϝιδε, legi potest: Δ 149. 275. Ε 572. Ξ 153. 158. Ο 484. Π 818. Τ 16. Υ 424. Ψ 874. ἔιδον Γ 154. Η 308. Θ 251. Π 278. Ρ 724. Φ 207; contracta forma bis in prima thesi invenitur: εἶδε Λ 116, εἶδον Τ 292; neque enim respicio formas ut εἴδομεν quae semper diphthongum praebeant necesse est. Ex reduplicata stirpe ϝεπ, si Curtium, etym. p. 404, sequimur, formatur ϝεϝεπεῖν ἐεπεῖν εἰπεῖν; atque incontracta forma ἐεπεῖν legi potest in multis formulis haud dubie antiquitus traditis: ὡς ἂν ἐγὼ ἐέπω κτλ Β 139. Ι 26. 404. Μ 75. Ξ 74. 370. Ο 294. Σ 297. ὅφρ' ἐέπω Η 68. 349. 369. Θ 6. Τ 102. ὄφρα τί οἱ ἐέπω Ω 75. ἐξεέπω Ι 61. ἐέπῃσθα Υ 250. ὄφρα τις ὧδ' ἐέπῃσιν Η 300. ἔλθῃ καὶ ἐέπῃσιν Ο 57. καί (vel μή) ποτέ τις ἐέπῃσι Ζ 459. 479. Η 87. Χ 106. Ψ 575; ἐέποις Λ 793. ἐέποι Α 64. Τ 82. ἐξεέποι Ω 654; ὣς ἐεπών Α 326. 446. Δ 73. 292. 364. Ε 460. 470. Ζ 61. 72. 466. 482. Η 1. 120. 412. Θ 41. 184. Κ 72. 131. 194. 564. Λ 291. 434. 456. 472. Ν 155. 239. 383. 640. 788. Ξ 9. 147. 361. Ο 218. 262. 352. 429. 500. 514. 559. 572. 667. Π 210. 275. 632. 726. 751. Ρ 43. 82. 183. 456. 507. 540. Σ 343. 468. Τ 130. 309. 349. Υ 110. 340. 455. Φ 227. 400. 571. Χ 21. 186. Ψ 152. 349. 442.

624. 725. 797. ἤτοι ὅ γ' ὡς ἐεπών A 68. 101. B 76. H 354. 365. παρεεπών Z 62. 121. O 404. ἀποεεπών T 35. ἐεπόντος *Z* 281. ἀποεεπόντος T 75 (de hoc versu vide Bekk. in menstruis relationibus acad. reg. 1864 p. 187–188; mutationem non librario sed rhapsodo tribuo). ὣς ἄρα οἱ ἐεπόντι N 821. τὸν μὲν ἄρ' ὣς ἐεπόντα O 405. ὣς ἄρα μιν ἐεπόντα Π 502. 855. X 361. τὼ μὲν ἄρ' ὣς ἐεπόντε Φ 298. ὣς ἐεπόνθ' ὁπλ. K 254; ὡς ἐεποῦσα Γ 139. E 35. 792. O 142. ἣ μὲν ἄρ' ὡς ἐεποῦσα E 133. Θ 425. Λ 210. O 100. 149. Σ 202. Ψ 212. Ω 188. παρεεποῦσα Z 337; ἐεπεῖν A 543. H 394; ἔεπας A 108. Ω 774; ὧδε δέ τις ἐέπεσκε B 271. Γ 297. 319. Δ 81. 85. H 178. 201. P 414. 423. X 372. 375. Saepe vero diphthongus usurpanda erat propter breves vocales aut antecedentes (ἔειπον ἔειπες etc., προτιείποι) aut sequentes (εἰπέ εἶπε εἰπέμεναι εἰπέμεν); praeterea diphthongus invenitur in prima thesi: Γ 192. H 387. 673. Z 114. I 102. K 544. P 655. 692 et in sexta: A 90. 106. 230. 294. B 70. 361. Δ 404. E 421. Θ 373. 408. 422. H 313. Ξ 127. 190. P 260. Σ 508. Ψ 349. Ω 92.

2) De brevibus vocalibus inter quas j intercidit.

Vocis πόλις pristina flexio, πόλjος πόλjι etc., duas sortes subire potuit et subiit; primum enim spirante in vocalem conversa ortae sunt formae πόλιος πόλι etc. Altera autem ex parte spirans j nacta est vocalem auxiliariam eadem ratione qua spirans ϝ in εὐρέϝος quod ex εὐρϝός oritur; itaque spirans j quum ex formis πόλεjος πόλεjι etc. evanesceret aut antecedentem vocalem productione in η mutavit eadem ratione qua spirans ϝ in βασιλέϝος βασιλῆος, ut orerentur formae πόληος (unde mutata quantitate fit πόλεως, cf. p. 8) πόληϊ etc.; aut nullum vestigium reliquit eadem ratione qua ϝ in εὐρέϝος εὐρέος, ut orerentur formae πόλεος πόλεϊ etc. Atque de formis in ιος, ιϊ = ι, ιες etc. quatenus sint homericae dissensio non parva est; sed omnes nemo criticus Homero eripere voluit, cf. e. g. πόλιες o 412; certae sunt formae in ηος ηϊ ηες etc.

et in εος εϊ εες etc., quia illae semper, hae in dativo εϊ metro defenduntur. Contractas vero formas ut ἀγύρει πόλει πόλεις optime iure Bekkerus videtur expulisse restitutis formis in ι: ἀγύρι πόλι πόλις. Iam incontracta dativi forma in εϊ in Iliade invenitur ita ut metro postuletur: πόσεϊ E 71, πόλεϊ P 152. Ω 707; nonnunquam metro permittitur εϊ ita ut dubium videri possit utrum ι an εϊ legendum sit: μάντεϊ N 69, Bekk. μάντι; ἀίδρεϊ Γ 219, sic etiam Bekkerus et Aristarchus, cf. schol. A. Etiam si suffixum ιη ad stirpem in j accedit, haec spirans vocalem auxiliariam ε nanciscitur et tum ipsa eliditur: ἰδρείη Π 359, ἀιδρείη H 198. — Verba in αω εω οω ante ω amiserunt spirantem j, quoniam suffixum est jω. Itaque altera persona singularis imperativi praesentis activi et tertia persona sing. imperf. act. apud Homerum plerumque exire videntur in αε εε οε, quae formae ortae sunt ex αjε εjε ojε. Confer e. g. θάρσεε Σ 463, ποίεε Σ 482; etiam caeterae talium verborum formae, in quibus stirpis vocalis α vel ε vel ο cum terminationis vocali ε vel ο convenit, in universum hanc analogiam videntur sequi. Sed accuratius rem exponere non possum quia non omnia exempla praesto mihi sunt.

3) De brevibus vocalibus inter quas σ intercidit.

Suffixum as quo lingua sanscrita ad nomina formanda utitur, raro incolume in graecam linguam transiit et quoties incolume transiit, tantum in nominativo sing. apparet quia in casibus obliquis sibilans σ inter duas vocales eliditur. Quae quidem vocales suffixi et terminationis apud Homerum nunquam contrahuntur in genitivis αος αων, neque in dativo αϊ. In Iliade igitur a stirpe γηρας (sct. gjaras cf. Bopp. gr. comp. I. 265) flectitur dativus γήραϊ Γ 150. T 336, γήραϊ λυγρῷ E 153 s. K 79 s. Σ 434 s. Ψ 644; metro firmata est diaeresis in σέλαϊ P 739 n., quem dativum a stirpe σελας flexum esse demonstrat vox sendica qarenas cf. Bopp. l. l., et in δέπαϊ Ψ 196 n. Ω 285 n. Secundum regulam mox demonstrandam hisce locis: κ 316 δέπαϊ ὄφρα, λ 136 γήραϊ ὕπο

vocalis ι aut elisione removeri aut cum sequente vocali synizesi coniungi debet. Idem pertinet ad Θ 563 et φ 246 πυρὸς σέλαϊ αἰθομένοιο, hic enim genuinus verborum ordo videtur quem aliquis rhapsodus mutavit in σέλαι πυρὸς αἰθομένοιο. — Multo saepio suffixum as in graeca lingua in ες conversum est. Quae ita formantur stirpes in ες (nom. sing. ος) in casibus obliquis elisa sibilante terminationes cum ε in universum neque apud Homerum neque — nisi tres vocales conveniunt — in ionica prosa contrahunt; sed apud Homerum synizesis in εα occurrit sive longa sive brevis syllaba antecedit: σάκεα Δ 113, βέλεα Ο 444, στήθεα Λ 282, ἄλγεα Ω 7, τεύχεα Η 207. Χ 322, et in εο: ἐρέβεος Θ 368, θάρσεος Ρ 573; contractio non exstat si bis, Κ 376. Ο 4, legendum videtur δέεος quod etiam alio argumento commendari potest, cf. Meyer in ephem. VII. 203; caeterum ne formae quidem in ευς, ἐρέβευς θάρσευς, quae illis locis scribi solent, vere contractae vocari debent. Iam dativi singularis in εϊ diaeresis toti ionicae dialecto tribuitur a Gregor. Cor. p. 426 et p. 655; itaque haec diaeresis aeque ac caeterorum casuum obliquorum a poëtis non ex antiquo usu sed ex praesenti accepta est. Atque haec incontracta forma multis in vocibus apud Homerum metro postulatur; nam in iis dativis, quorum antepaenultima brevis est, poëta tum vocalem ι positione produxit, tum videtur cum ε contraxisse. Quum vero nunquam diphthongus ει in thesi sit, in eam opinionem ducimur ut putemus iis locis, quibus diphthongus in arsi ante vocalem correpta videtur, potius posteriorem solutarum vocalium elisione esse removendam: ἢ ἔπε' ἠὲ βίῃ; cf. locos ut ἤματ' ὀπωρινῷ et praecipue ea quae de tali elisione exposuit Lehrsius in quaest. epp. p. 47 sqq.; scribam tamen εϊ ne coniecturam synizesis exclusisse videar: ἢ ἔπεϊ—ἠὲ βίῃ. Inveniuntur in Iliade: ἔπεϊ Ε 879 n., ἢ ἔπεϊ ἠὲ βίῃ Ο 106, ἢ ἔπεϊ ἢ ἔργῳ Α 504, ἢ ἔπεϊ ὠνήσας Α 395; γένεϊ ante vocalem Γ 215; μένεϊ Η 210 n., ante voc. Ζ 217. Φ 151. 431; ἄχεϊ n: Ζ 336. Ι 9; κράτεϊ n: Η 142. Π 54; σπέεϊ n: Σ 402.

Ω 83; θέρεϊ X 151 n.; τέκεϊ Ω 36 n.; βέλεϊ Δ 99 n.; ξίφεϊ n: E 146. Υ 459. Λ 146. N 576, ante vocal. E 584. Λ 109. Π 332. Υ 475; σάκεϊ n: Θ 267. 272. Λ 572. N 130. Υ 259. Φ 241, ante voc.: N 565; σθένεϊ n: Θ 337. I 237. M 42. P 22. 135. Υ 36. M 224. N 193. O 542. P 751. O 108. P 329. 322, ante voc.: N 678. Υ 361; νέφεϊ Λ 28 n.; νέμεϊ Λ 480 n.; ὄρεϊ N 754 n.; φάεϊ ante voc.: P 647. In iis dativis quorum antepaenultima longa est, semper εϊ pronuntiandum est si consonans sequitur; si vocalis sequitur, vocalis ι aut elidenda aut cum sequente vocali synizesi coniungenda est; ει ante consonantem in thesi certum corruptionis indicium videtur. Ἄργεϊ A 30. B 108. Z 224 s. N 119 s. O 372, ante voc.: Z 456. κύδεϊ γαίων, s: A 405. E 906. Θ 51. Λ 81. ἔγχεϊ B 389. Γ 431. E 579. Λ 180 s. M 117 s. O 65. 730 s. Π 195. 404. 468. 543. 699 s. 828. 834 s. P 296. Σ 195. 252. Υ 368. 386. 493. Φ 159. 542. X 272 s. 326, ἔγχεϊ χαλκείῳ Γ 380. E 852. 856. Z 31. T 152. Υ 96. 446, ἔγχεϊ μακρῷ s: E 45. 660. N 177. O 745. Φ 402, ἔγχεϊ ὀξυόεντι E 50. H 11. Θ 514. N 584. O 536. 742. Π 309, ἔγχεΐ θ' ἱπποσύνῃ τε Λ 503. Π 809, ἔγχεΐ τ' ἄορί τε Λ 285. 541, ἔγχεϊ ante vocalem Δ 307. H 289. K 348. Λ 484. Ξ 38. T 49. Ξ 403. 483. X 271. P 465. T 218; ἕλκεϊ B 723. Ξ 130. O 393 s.; θάρσεϊ ᾧ H 153, huius versus analogia docet etiam Z 126 legendum esse θάρσεϊ σῷ pro vulgato σῷ θάρσει; χήτεϊ Z 463. T 324. Substantivum οὖδας in nominativo vocalem α incolumem servavit, in casibus obliquis in ε debilitavit, cf. neutrum κῶας, plur. κώεα, et scholia B L ad Γ 150 ex quibus apparet etiam a γῆρας inventum esse γήρεϊ pro γήραϊ. Iam secundum analogiam neutrorum in ος legendum est: οὔδεϊ Ξ 468. Ψ 283; ante voc.: Π 612. P 437. 528; pro οὔδει ἐρείσθη H 145. Λ 144. M 192. Aristarchus, ut scholia A ad Λ 144 referunt, legit οὖδας ἔρεισεν haud dubie non coniectura sed libris nisus; οὔδει in fine versus, E 734. Θ 385. T 92. Ω 527, pro ferenda exceptione habeo quam poëta propter metricam opportunitatem admisit et quae com-

parari potest cum clausulis versuum Ψ 792 Ἀχιλλεῖ (cf. p. 9) et Hes. θεογ. 153 ἐπὶ εἴδει, 757 ἡροειδεῖ; sed versus Ψ 719 οὔτ' Ὀδυσεὺς δύνατο σφῆλαι οὔδει τε πελάσσαι corruptus mihi videtur. Nam voces οὖδας et πελάζειν praeter hunc versum uno tantum loco coniunguntur quem liceat afferre, κ 438:

μερμήριξα
σπασσάμενος τανύηκες ἄορ παχέος παρὰ μηροῦ,
τῷ οἱ ἀποπλήξας κεφαλὴν οὖδάσδε πελάσσαι κτλ.

Inde genuina nostri versus forma haec concludi potest:

οὔτ' Ὀδυσεὺς δύνατο σφήλας οὖδάσδε πελάσσαι,

sic etiam hiatus sublatus est. κάρτεϊ χειρῶν, s: Θ 226. Λ 9, κάρτεΐ τε σθένεΐ τε Ο 108. Ρ 322 329; ἄνθεϊ Ρ 56 s. Sed quod legitur νείκεϊ ὀνειδίζων Η 95 fortasse huc nou referendum est quia lectio parum constat, cf. schol. A.: ἔν τισι τῶν ὑπομνημάτων „νείκε' ὀνειδίζων" ἔξω τοῦ ι, ὥστε κατὰ συναλοιφὴν νοεῖσθαι τὸ ὑγιὲς νείκεε; si autem νείκεϊ recte si habet, hoc est exemplum elisionis vel synizesis. ἔρνεϊ ἶσος, s: Σ 56. 437; κάλλεϊ Γ 392. Ν 432; pro vulgari κάλλει ἐνίκα quod item, si servatur, elisionis vel synizesis exemplum est, fortasse scribendum est κάλλεϊ νίκα: Ι 130. 272. Ψ 742; στείνεϊ Ο 426; per elisionem vel synizesim in στείνεϊ ἐν αἰν. Θ 476, sed hic versus a veteribus criticis nec non a Bekkero expellitur. πένθεϊ Ι 3. Χ 242 s. 483 s. χείλεϊ ἑσταότες Μ 52, sic enim legendum esse pro vulgato ἐπ' ἄκρῳ χείλει ἑφεσταότες apparet ex duplici Eustathii lectione: χείλεϊ ἢ δισυλλάβως χείλει ἑσταότες, καὶ ἄλλως δὲ χείλεϊ ἐφεσταότες; alexandrinis temporibus lectio ἐφεσταότες nondum exstitisse videtur; etiam paraphrasis vertit ἐπ' ἄκρῳ τῷ χείλει τῆς τάφρου ἱστάμενοι. Lectionem χείλεϊ ἐφεστ, qui probat, elisione aut synizesi uti debet. ἔρκεϊ Ο 567. Π 231. Ω 306; στήθεϊ Ο 650; τείχεϊ Φ 277. Χ 463, ante vocalem Ρ 404. 558. Ψ 81. Ν 764; sed versum Χ 299 ἀλλ' ὁ μὲν ἐν τείχει, ἐμὲ δ' ἐξαπάτησεν Ἀθήνη corruptum esse indicat etiam hiatus intolerabilis, cf. Hoffm. qu. hom. I. 62, cuius alterum exem-

plum, Z 126, iam supra sustulimus; olim cantatum putaverim: ἀλλ' ὁ μὲν ἐν τείχεσσ', ἐμέ κτλ. — πλήθεϊ P 330. Φ 218. Ψ 639; φάρεϊ Σ 353 s. — A talibus stirpibus in ες derivantur primum feminina in εσιη εσια et elisa sibilante in εϊη εϊα. Ab ἔγχος formatur ἐγχεΐη: ἦλυθεν ἐγχεΐη H 261. M 405; Υ 279; Φ 69; ἐγχεΐη E 279. Ξ 125. Φ 582. Π 75; ἐγχεϊάων E 167 s.; ἐγχείῃσι B 818 s. Γ 137. 254. N 339 s. 782 s. Σ 534 s. Υ 258 s.; σείων ἐγχείας Γ 345. E 563. Ab ἄγκος μισγαγκέϊα Δ 453. Ab ἄνθος Ἀνθεΐα I 151. 293. Ab ὄρος Ἀνεμωρέϊα B 521; πρυμνωρεΐη Ξ 307; ὑπωρεΐη Υ 218; in Λιμνώρεια Σ 41 sexta thesis diphthongum excusat. Fortasse huc referendum est adverbium ἑξείης; nam a radice σεχ vel ἐχ (cf. Curt. et. I. 161) derivari potest τὸ ΕΞΟΣ atque inde eadem ratione qua ab ἔγχος ἐγχεΐη femininum ἡ ἑξεΐη „tenor, continuitas" cuius substantivi dativus pluralis ἑξείῃσιν ἑξείης adverbialem notionem nactus est; comparandus est adverbialis usus horum dativorum: πολυκερδείῃσιν ω 167, σαοφροσύνῃσι ψ 30, ἀιδρείῃσι κ 231. 257, νηπιέῃσιν O 363. Υ 411. ω 469. De notione vocis ἑξείης cf. imprimis ε 70:

κρῆναι δ' ἑξείης πίσυρες ῥέον ὕδατι λευκῷ.

Hic igitur dativus pluralis genuinam (cf. Bopp. gram. comp. ed. tert. I. 503) vocalem η servavit neque accepit iota subscriptum. In Iliade igitur ἑξείης legi potest ineunte versu A 448. Ψ 839. Ω 274, in medio versu Z 241. O 137. X 240. Deinde a neutris in ος derivantur adiectiva in εσιος εϊος. Ἀργέϊος, quod ab Ἄργος formatur (cf. Grassmann. in ephem. XI. 26), et ab Aeolibus per diaeresim pronuntiabatur, cuius rei testimonia vide ap. Ahr. I. p. 105, et in Iliade ubique per diaeresim legi potest i. e. locis centum octoginta septem. Ab ὄνειδος derivatur ὀνειδέσιος ὀνειδεΐος: ὀνειδείοις ἐπέεσσιν A 519. B 277. Π 628. Φ 480, ὀνειδέϊον φάτο μῦθον Φ 393. 471, καὶ ὀνειδείοισιν ἐνίσσων X 497. Adiectivum ἠθεΐος a neutro ἦθος derivandum esse docuerunt Curtius etym. p. 226, Fröhde in ephem. XII. 160, Sonne ibid. 373; legi potest

ἠθέϊ, ἦ κτλ Z 518. X 229. 239, ἠθεῖη κεφαλή Ψ 94; propter ultimae syllabae brevitatem poëta diphthongum admisit in ἠθεῖε K 37. A κῆδος formatur κηδεῖος T 294. Ab ἄφενος ἄφνος adiectivum ἀφνειός Ω 398, ἀφνειὸς (.. ὸν) βιότοιο E 544. Z 14. Ξ 122, ἀφνειός τ' ἀγαθός τε N 664. P 576, ἀφνειοῦ Z 47. Ω 482, ἀφνειοῖο Ω 318, ἀφνειόν B 570, ἀφνειοί B 825; diphthongum vitare poëta in ἀφνειότατος non potuit, noluit in ἀφνειός E 9 et ἀφνειόν I 483 ut vocalem subicere posset. Alio suffixo ab αἶπος derivatur αἰπεσινός αἰπεινός: Ἰλίου (vel .. ος, .. ον) αἰπεϊνῆς (vel .. ή, .. ήν): I 419. 686. N 773. O 215. 558. P 328, αἰπεϊνὴν Γονόεσσαν B 573, Πήδασον αἰπεϊνήν Z 35, αἰπεϊνῇ Καλυδῶνι N 217. Ξ 116, αἰπεϊνὸν πτολίεθρον O 257; in αἰπεινὰ κάρηνα B 869. Υ 58 ultimae syllabae brevitas excusat paenultimae contractionem. Denique a neutris in ος derivantur verba in εσιω εϊω, sic a νεῖκος formatur νεικεΐω Δ 359, νεικεΐῃσι A 579, νεικεΐων B 243. Ψ 438. Ω 249, νεικεΐειν B 277. O 210, νεικεΐεσκον B 221. Δ 241. T 86. A πένθος derivatur πενθεΐω; sed haec incontracta forma non occurrit, quia unico loco quo vox invenitur, Ψ 283, in πενθείστον poëta facere non potuit quin diphthongo uteretur. — Etiam nomen Ὠρεΐθυια, quod ex Ὠρεσίθυια ortum videtur, cum neutro quodam in ος cohaeret si quidem recte a Pottio in ephem. V. 279 ex ὄρος et θύω compositum existimatur; diaeresi in Iliade nihil obstat: Σ 48. Similis fortasse est origo vocis Εἰλείθυια quamquam in tanta etymologiae obscuritate haec species fallax esse potest; neque tamen casui deberi videtur quod semper antepaenultima in arsim atque in quintam quidem cadit, s: μογοστόκος Εἰλείθυια Π 187. T 103, μογοστόκοι Εἰλείθυιαι Λ 270, Εἰλειθυίας T 119.

Iam venimus ad eas stirpes in ες quarum nominativus singularis exit in ης; quae differentia inter neutra in ος et adiectiva in ης graecae linguae propria est quoniam adiectivorum suffixum ες a substantivorum suffixo ες nullo modo differre docet comparatio linguae sanscritae, cf. Bopp. gram. comp. III. 398 sqq. Horum igitur adiectivorum casus in εος

εα εε εοιν εες εων εας non contrahuntur; duas autem ad exceptiones poëta metro coactus erat: πρωτοπαγεῖς Ε 124, ζαχρηῶν Ε 525; praeterea autem εος et εα nonnunquam synizesim patiuntur: εος Π 743, εα Ω 267. Δ 365. Ε 881. Γ 237. 27. 450. Ω 483. Dativorum in εϊ eadem est conditio quam supra in neutris in ος invenimus; itaque in iis dativis, quorum antepaenultima brevis est, poëta vocalem ι aut positione produxit aut ante vocalem sive elisione sive synizesi removit. Legitur enim κελαινεφέϊ Κρονίωνι, n: Α 397. Ζ 267. Ω 290, ante voc. κελαινεφέϊ αὐτάρ Φ 520; ὑπερμενέϊ Κρονίωνι, n: Β 403. Η 315. 481. Ν 226, ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι, n: Β 116. Ι 23. Ξ 69, ante voc. Λ 727; παλαιγενέϊ Γ 386 n.; λυκηγενέϊ, n: Δ 101. 119; ante voc. ἐυστρεφέϊ οἰὸς ἀώτῳ Ν 599. 716. Nonnunquam tamen, ut dativus versui inseri posset, necesse erat diphthongus formaretur et ictum reciperet: προαλεῖ Φ 262, καταπρηνεῖ Π 792; hic dativus iam ex iis est quorum antepaenultima, sc. syllaba ante εϊ, est longa. Atque hi quidem praeter hanc unam necessariam exceptionem contractionem patiuntur nusquam: νηλέϊ χαλκῷ, s: Γ 292. Δ 348. Ε 330. Μ 427. Ν 501. 553. Π 345. 561. 761. Ρ 376. Τ 266, νηλέϊ δεσμῷ Κ 443 s.; χαλκήρεϊ δουρί, s: Ε 145. Λ 742. Τ 53, ξυστῷ χαλκήρεϊ, λῦσε δέ Δ 469. Λ 260, ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον Γ 316. Ψ 861; κηώδεϊ Ζ 483; ταναήκεϊ χαλκῷ, s: Η 77. Ψ 118. Ω 754; μυλοειδέϊ Η 270 s.; μεγακήτεϊ νηΐ Θ 222. Λ 5. 600 s.; ἐυώδεϊ Γ 382; πολυηχέϊ Δ 422; περικαλλέϊ Δ 486 s. Ε 693 s. Θ 249; ὑπεραέϊ Λ 297; ποδώκεϊ Πηλεΐωνι Ψ 249. Ω 458; Διομήδεϊ Ε 1. 225. 866. Κ 227. 476 s. 502 s. Λ 312; Πολυνείκεϊ Δ 377. — Α stirpibus in ες, quarum nominativus exit in ης, derivantur feminina in εσια εϊα; ταρφεϊά, a ταρφής, in Iliade legi potest Μ 158. Τ 357. 359. Iam huius generis formas aliquando per diaeresim pronuntiatas esse non modo propter originem probabile est sed etiam traditione constat; nam ut a Διομήδης derivatur Διομηδέσια Διομήδεια, sic etiam nomen Μήδεια ex Μηδέσια ortum est, cf. Pott. in ephem. V. 276; atqui incon-

tractam formam Μηδείᾱ in Sapphus carminibus inventam esse testatur Ioannes Alex. p. 4. — Deinde ab adiectivis in ης derivantur substantiva abstracta in εσιη et elisa spirante in εϊη; ideo legendum est: ἀναιδείην ἐπιειμένος Α 149. Ι 372; ἀναλκείησι δαμέντες Ζ 74. Ρ 320. 337; ἐνηείη Ρ 670; ἐλεγχείη Χ 100. Ψ 408. 342; κατηφείη Γ 51. Π 498. Ρ 556; ποδωκείη Β 792; ἀληθείη Ψ 361. Ω 407; ἀεικείη Ω 19.

Stirpes femininas in ος, ad quas iam accedimus, sanscritae linguae stirpibus in as respondere exposuit Boppius, gram. comp. III. 401; ac graecae quidem nominativum formant in ως, casus obliquos apud Homerum in οος οϊ οα. Nam vetus diaeresis apud lyricum poëtam uno saltem loco, sc. ἀόος ap. Pind. N. VI. 88, propter stropharum et antistropharum congruentiam agnoscenda est; in Iliade autem potest semper statui: in genetivo Γοργόος, qui flectitur a stirpe γοργος, Θ 349. Quum lingua sanscrita post i î u û r ê ô âu sibilantem s in sh mutare soleat, ex stirpe sanscrita ushas indogermanica usas concludenda est; quodsi ad hanc guna accedit oritur stirps graeca αὐσος unde elisa sibilante est aeolica αὐος, nom. αὔως. Tum ex υ spirans ϝ nascitur et in ἀϝος vocalis α in ε debilitatur: ἐϝος; hinc, si evanescens spirans antecedentem vocalem producit, oritur stirps ionica ἠος; si vero spirans sine vestigio evanescit, stirps attica ἑο(ς). Haec enim attica stirps suadet ut etiam ionicam ex ἐϝος, non ex ἀϝος ortam putemus; omnino nunquam ex αϝ fieri videtur η; etiam in voce ἄα, quam aliquando ne ionicae quidem dialecto ignotam fuisse putamus, ex αϝortum est α. In ionicis casibus obliquis ἠόσος etc. sibilante elisa formatur internus hiatus qui apud Homerum contractione non tollitur. Nam legi potest: ἠόος Θ 508; ἄμ' ἠόϊ Η 331. Ι 682. Λ 685, ἅμα δ' ἠόϊ Ι 618. Ω 600, ἠόϊ τῇ προτέρῃ Ν 794; ἠόα, s: Θ 565. Μ 239. ἠόα δῖαν Ι 240 s. 662. Λ 723 s. Σ 255 s.; praeterea ἠόοθι Λ 50, ἠόοθεν Η 381. 372. Λ 555. Ρ 664. Σ 136. Ψ 49. Ω 401 s.; iam apparet duobus locis, Θ 470. 525, lectionem ἠοῦς falsam esse probandamque Zenodoteam ἄας, cf. schol. V. ad Θ 470,

ubi haec est Aristonici nota: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „ἄας δὴ καὶ μᾶλλον“ ἀντὶ τοῦ ἐσαύριον· ἔστι δὲ ἡ λέξις οὐχ Ὁμηρικὴ; cf. Hesych. s. v.: ἄας, εἰς αὔριον· Βοιωτοί. Quam lectionem nisi in libris invenit Zenodotus, neque video quomodo in eam incidere potuerit neque cur vocem ἠοῦς cum alia prorsus eiusdem notionis mutare voluerit. Nam ut ἠώς ex αὐσώς, ita nominativas ἄα, a quo ille genetivus ἄας flectitur, ortus est ex αὔσα. Atqui αὔσα (ἄα) eodem modo respondet voci sanscritae ushâ quo amplior graeca forma αὐσώς (ἠώς) ampliori illius linguae ushas. Pro hac igitur voce ἄα quam primo omnes dialecti noverant, postea autem soli Boeotii servaverunt, quum iam parum intellegeretur in aliquot libros vulgaris vox ἠώς irrepsit. Nihil vero obstat quominus illum genetivum adverbialem Homerico aevo etiam in ionica dialecto exstitisse putemus ita ut iam non ad ἄας sed ad contractum genetivum ἠοῦς quadret illud argumentum: ἔστι δὲ ἡ λέξις οὐχ Ὁμηρική. Etiam adiectivum a stirpe ἠος formatum, ὑπηόϊος, per diaeresim legendum est: Θ 530. Σ 277. 303. A stirpe αἰδος, de qua conferatur Boppius, gram. comp. l. l., flectuntur: αἰδόϊ Κ 238 s., ubi molestus spondaïcus evanescit, αἰδόα: καὶ αἰδόα θέσθ' ἐνὶ θυμῷ Ο 561. 661, αἰδόα καὶ νέμεσιν Ν 122, αἰδόα τ' αἰσχύνωσι Χ 75, αἰδόα καὶ φιλότητα Ω 111; indidem derivatur αἰδόσιος quod elisa sibilante transit in αἰδόϊος: Γ 172. Λ 649, αἰδοῖοι, s.: Φ 75. Δ 402, αἰδόϊον Κ 114, αἰδοίων Ν 568, αἰδοΐῃ Β 514. Ξ 210. Σ 394. Φ 479, αἰδοΐῃ τε φίλῃ τε Σ 386. 425, αἰδοΐης Χ 451, αἰδοΐῃς ἀλόχοισιν Φ 460. Ζ 250. Praeterea quaedam stirps ἰδρος ponenda videtur ad explicandos eos casus qui apud Homerum inveniuntur: nom. ἰδρώς, dat. ἰδρόϊ (vulgo ἰδρῷ), acc. ἰδρόα (vulgo ἰδρῶ), qui casus, si omnino ab una stirpe flectuntur, ab alia flecti non possunt; hac ex stirpe ἰδρος suffixo ατ addito oriri potuit stirps vulgaris ἰδρωτ secundum hanc analogiam:

γονϝ	γονϝατ	γουνατ
ἐρο	ἐροατ	ἐρωτ
χροϝ	χρο(ϝ)ατ	χρωτ
ἰδρος	ἰδρο(σ)ατ	ἰδρωτ

In Iliade quidem accusativus ἰδρόα, quem ex ἰδρόσα ortum putamus, legi potest Δ 27. K 572. 574 s., ubi molestus spondaïcus evanescit, et ante vocalem ἰδρό' Λ 621. Φ 561. X 2; dativus ἰδρόϊ P 385; sed obstat P 745 ἰδρῷ σπευδόντεσσιν ubi non licet ἰδρόϊ legere. Itaque aut haec non est genuina versus forma aut ἰδρῷ ab alia stirpe flexum est; num a nominativo ἰδρός ut vulgo putatur?

In iis vocibus quas adhuc commemoravimus sibilans σ pertinebat ad suffixum ας vel ες vel ος; iam de radice agemus quae ipsa in σ exit: de radice δϝις vel δις, sct. dvish, unde aliquot vocabula timendi notionem continentia derivamus. Sed repugnat Curtius, etym. p. 212, quia voces „δίεσθαι eilen, scheuchen, δίον (Hom.) lief, fürchtete" a verbo timendi separari non posse arbitratur. At primum notio currendi, quae voci δίον tribuitur, una falsa lectione nititur: X 251 τρὶς περὶ ἄστυ μέγα Πριάμου δίον, ubi Aristarchus scripsit quidem δίον, sed quum recte perspexisset quam sententiam locus postularet, illud δίον verbo ἐδιώχθην explicavit; referunt autem scholia A: γράφεται καὶ δίες· καὶ οὕτως εἶχον αἱ χαριέστεραι et hanc lectionem multo praestantem Bekkerus summo iure in textum recepisse mihi videtur. Jam hoc δίες et δίεσθαι ab homerico δίε = „timebat" caeterisque timendi verbis et notione et sono valde differt. Nam activum δίες (X 251) habet notionem pellendi et persequendi, simillimam etiam medium: φ 370 μή σε καὶ ὁπλότερός περ ἐὼν ἀγρόνδε δίωμαι βάλλων χερμαδίοισιν, cf. P 110. M 276. υ 343. O 681; X 188: Ἕκτορα δ' ἀσπερχὲς κλονέων ἕφεπ' ὠκὺς Ἀχιλλεύς· ὡς δ' ὅτε νεβρὸν ὄρεσφι κύων ἐλάφοιο δίηται, ὄρσας ἐξ εὐνῆς, διά τ' ἄγκεα καὶ διὰ βήσσας, ubi ἕφεπε respondet voci δίηται, cf. ρ 317 et Aesch. Eum. 358. 385. Suppl. 819 ubi notio persequendi negari non potest; passivum de eo usur-

patur qui agitatur et pellitur: M 304 οὔ ῥά τ' ἀπείρητος μέμονε (λέων) σταθμοῖο δίεσθαι, cf. Ψ 475. Quomodo igitur idem verbum timendi et persequendi notiones continere potest? Neque vero idem verbum est δίε = „timebat" et δίες δίεσθαι etiam eam ob causam quia primo pronuntiatione differebant; nam, ut mox demonstrabimus, omnia vocabula a δ ordientia quae timendi notionem habent, — praeter paucos locos quos non primigenios esse aliis indiciis constat — semper metricam positionem efficiunt ita ut veri simile sit aliquam consonantem post δ intercidisse; atqui in δίες δίεσθαι huius rei nullum vestigium exstat: φ 370 ἀγρόνδε δίωμαι, P 110 ἀπὸ σταθμοῖο δίωνται, ρ 317 ὅττι δίοιτο, cf. praeterea M 276. υ. 343. O 681. X 188. M 304. Ψ 475. Itaque verba timendi et verba persequendi quum propter notionem tum propter sonum separanda sunt atque haec quidem ad eandem stirpem referenda quae suffixis determinativis amplificata apparet in διώκω et in διερός; illa autem quominus cum sct. dvish comparemus iam nihil obstat. Atque indogermanicum dvis, quod ex sct. dvish concludendum est, ipsum ortum est ex dus quod in sanscrito praefixo dur, gr. δυς, goth. tus, nec non in graeco verbo ὀδώδυσται servatum est, cf. Curt. etym. p. 220 et p. 215. Sed ad nos modo amplior forma dvis δϝις pertinet, cuius spirantem ϝ posterior graeca lingua amisit; quia autem apud Homerum voces ab hac stirpe derivatae positionem efficiunt, certum est si non illo sed saltem priore tempore δϝ pronuntiatum esse. Quum praeterea etiam σ accedentibus suffixis inter vocales elidatur, a stirpe δϝις formatur imperfectum δ(ϝ)ί(σ)-εν et perfectum secundum δέδ(ϝ)ι(σ)-α. In his igitur formis vocalis ι incolumis servata est; in aliis δϝις in δϝες mutatum est eodem modo quo – si omnino opus est exemplis — sct. sthira in στερεός, mithas in μετά. Ab hac stirpe δϝες derivantur: primum δ(ϝ)έ(σ)-ος, quae vox accuratissime respondet sanscritae dvêshas nisi quod ad hanc guna accessit. Deinde a stirpe δϝες eodem suffixo quo δέος formatur adiectivum

ἀδ(ϝ)ε(σ)–ής. Tum suffixo λο, cui respondet sanscritum ra la, et vocali ligante ι : δ(ϝ)ε(σ)–ι–λό–ς; de suffixo et vocali ι confer voces sanscritas mudira anila pathila ap. Boppium, gr. comp. III 410. Suffixo νο et vocali ligante ι derivatur δ(ϝ)ε(σ)–ι–νό–ς; de suffixo et vocali ι confer voces sanscritas phalina malina, graecas πεδ–ι–νό–ς, σκοτε(σ)–ι–νό–ς, φαε(σ)–ι–νό–ς, ὀρε(σ)–ι–νό–ς ap. Bopp. l. l. III 230. Praeterea a stirpe δϝες derivantur substantiva δ(ϝ)ε(σ)–ι–μός et δ(ϝ)ε(σ)–ῖ–μα. Denique a stirpe δϝις, cui accedit guna ε, formatur verbum δ(ϝ)εί(σ)–δ–ω; litera δ determinativa mihi videtur ut in σκε–δ–άννυμι, τέν–δ–ειν, ton–d–ere, fren–d–ere, cf. Curt. etym. p. 61. A δ(ϝ)είδω flectuntur aoristus ἔδ(ϝ)εισα et perfectum δέδ(ϝ)οικα cuius ο demonstrat in praesenti literam ε gunam fuisse; nam δ(ϝ)είδω ad δέδ(ϝ)οικα ut λείπω ad λέλοιπα. Ab eodem verbo δ(ϝ)είδω derivantur δ(ϝ)ειδήμων et δ(ϝ)ειδίσσομαι. Jam restat ut vestigia pristinae spirantis ϝ, vel si vis ipsam, in metrica positione demonstremus, qua de re tam luculenter disseruit Meyerus in ephem. VII 195 sqq. ut vix habeam quod addam. Omitto omnes eos locos quibus haec vocabula aut initio versus aut post consonantem aut longam vocalem leguntur quippe ex quibus nihil pro ϝ aut contra ϝ concludi possit; referendi autem sunt ad hoc genus etiam hi versus: N 163 ἀπὸ εὖ, δεῖσε δέ [ubi verba textus affero, simplicem literam δ scribo] pro vulgato ἀπὸ ἕο, δεῖσε δέ; ν 203 τῶν δ' ἄρ δεισάντων pro vulgato ἄρα; Υ 201 et 432 ἔλπευ δειδίξεσθαι pro vulgato ἔλπεο. Enumero igitur nunc eos locos quibus δ(ϝ) positionem efficit: δεῖσα breves vocales producit Ω 116. ι 236. 396. β 66 ubi legendum est θεῶν δὲ δείσατε μῆνιν pro vulgato δ' ὑποδείσατε; deinde ἔδεισα primam syllabam habet longam: Α 33. 568. Γ 418. Κ 240. Ω 571. 689. Α 406. Υ 61. Ψ 425. κ 219, ὑπόδεισα alteram: Μ 413. Ψ 417. 446. π 425; περίδεισα alteram: Λ 508. Φ 328; voces δέδια et δέδοικα primam syllabam semper habere longam notissimum est atque adeo scribi solet δείδια δείδοικα. Item neutrum ἀδεές primam syllabam habet

longam Θ 423. Φ 481. τ 91. Antecedentem brevem vocalem producit δειμός Λ 37. Ο 119; Δεισήνωρ Ρ 217, δέος Α 515. Ε 817. Ν 224. Ξ 387. Θ 563, quos ad locos accedunt Κ 376. Ο 4, si quidem iure postulat Meyerus in ephem. l. l. p. 203 ut pro ὑπαὶ δέεος legatur ὑπὸ δέεος; deinde δεινός Γ 172. Κ 254. 272. Λ 10. Φ 25. γ 322. ε 52; δειλός Ε 574. Α 293. ἦ γάρ κε δειλός pro vulgato κέν, Ρ 38 ἦ κέ σφι δειλοῖσι pro vulgato σφίν. Ab hoc constantissimo usu non nisi quatuor loci recedunt quorum tres, Ν 278. Θ 133. Ο 626, aliquid passos esse postea demonstrare conabimur; quartum Η 117, non cum Meyero, l. l. p. 203, in suspicionem vocaverim. Legitur enim εἴπερ ἀδειής τ' ἐστίν ita ut brevitas vocalis α ante δ(ϝ) et productio vocalis ε in ει offensioni sit; sed quum vox ἀδ(ϝ)ής hexametro repugnaret, aliqua libertate poëtae haud dubie utendum erat. Potuisset igitur positionem servare et ε cum η synizesi coniungere: ἀδ(ϝ)ής – –; aut potuisset simpliciter neglegere positionem: ἀδεής ⏑ ⏑ –. Quod autem positione neglecta et vocali producta duas usurpavit licentias quamquam una utens vocem hexametro inserere poterat, hanc ob rem equidem poëtam in iudicium non adduxerim. Quum igitur hac in voce diphthongum tolerabilem putem, prorsus assentior Meyero qui eam ex genetivo δείους removendam censet; neque enim ex etymologia explicationem patitur haec diphthongus neque ex metrica ratione excusationem. Itaque δέεος scribendum est ut hac lenissima mutatione duae offensiones tollantur, sc. ut soluta terminationis forma restituatur et stirpis diphthongus expellatur. Quod autem Theocritus Homerum imitatus dicit ὑπαὶ δείους nihil demonstrat nisi corruptelam satis antiquam esse quod iam ex eius natura concludi potuerat. Quodsi ea quae de stirpe δϝες disputavimus non improbantur, apparet in vocibus δειλός δεινός δειμός δεῖμα inter ε et ι sibilantem σ intercidisse ita ut primo internus hiatus oreretur deinde vocales contraherentur. Atque epicus quidem usus incontractas formas in universum praefert: δεϊλός Α 293. Πατρο-

κλέεος δεϊλοῖο, s: P 670. Ψ 65. 105. 221. ᾗ δείλ' vel ᾗ δεϊλώ, ᾗ δεϊλοί: Λ 452. 441. 816. Π 837. P 201. 443. Ω 518, δεϊλώ E 574, δεϊλοῖσι P 38, δεϊλοῖσι βροτοῖσι X 31. 76. Ω 525, δεϊλούς Ψ 223, ἐγὼ δεϊλή Σ 54. X 431, δεϊλῇ Τ 287. Diphthongus non nisi sub primo ictu occurrit Φ 464; nam versus N 278 ἔνθ' ὅ τε δειλὸς ἀνήρ, ὅς τ' ἄλκιμος ἐξεφαάνθη corruptus est quum δειλός hic non faciat positionem et quum ὅ τε et ὅς τε in eodem versu vix soleant tam inconcinne componi. Quid Alexandrini legerint non videtur constare; Eustathius nulla varietate lectionis adnotata legit ἔνθα ὅ τε δειλὸς καὶ ὁ ἄλκιμος ἐξεφαάνθη ita ut δειλός et positionem faciat et per diaeresim pronuntiari possit; hanc igitur lectionem rectam esse puto nisi quod pro ἔνθα ὅ τε sublato hiatu scribendum videtur ἔνθ' ὅ τε – – – quum etiam τέ saepe positionem efficiat ob originem particulae non mirandam, cf. O 108. P 322 etc., praeterea primus pes debili positione contentus est, cf. Bekk. sched. hom. p. 138 sq. Haud dubie vox ἀνήρ addita est ab eo qui metrum versus non perspexisset. δεϊνός legi potest Δ 514. Γ 172. Λ 10, δεϊνοῦ B 755, δεϊνοῖο E 741. Φ 25, δεϊνῷ Υ 259, δεϊνόν Λ 418, δεϊνὸν σάκος H 245. 266, δεϊνὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν Γ 337. Λ 42. O 481. Π 138, δεϊνώ A 200, δεϊνοῖσι K 254. 272, δεϊνή Ξ 415. Σ 394, δεϊνῆς N 621, δεϊνήν E 839. Π 104, δεϊνὴν θεόν Z 380. 385; diphthongus praeter superlativum δεινότατος O 38, in quo vitari non potuit, occurrit sub primo ictu: Α 49. Γ 342. Δ 420. E 349. 739. 742. Z 182. 470 H 346 Θ 135. Λ 37. 654. N 100. Ξ 385. 401. O 13. 309. Π 566. 706. 789. P 211. Σ 226. T 17. Υ 56. 448. Φ 199. 240. X 134. Ψ 688. 815. Ω 479. Praeterea diphthongus invenitur in δεινά B 321 i. e. in versu quem Bekkerus non sine causa sub textum reiecit; caeterum contractio propter breve α excusationem habuisset. Deinde mire fit ut iidem duo versus propter neglectam positionem et propter contractionem adnotandi sint: O 626 ἄχνη ὑπεκρύφθη, ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτη ubi etiam hiatus inter ὑπεκρύφθη et ἀνέμοιο offensioni esse

potest; ordo verborum a recentiore aliquo rhapsodo turbatus videtur ex hoc: ἄχνη ὑπεκρύφθη, δεϊνὸς δ' ἀνέμοιο ἀήτη. Alter versus est Θ 133 βροντήσας δ' ἄρα δεινὸν ἀφῆκ' ἀργῆτα κεραυνόν; si comparamus initia versuum Υ 56 δεινὸν δὲ βρόντησε, Φ 199 δεινὴν δὲ βροντήν, Hes. θεογ. 839 σκληρὸν δὲ βρόντησε veri simile fit etiam nostrum versum tale exordium habuisse et a recentiore rhapsodo esse turbatum. δεϊμός legi potest Λ 37. Ο 119; contractio sub primo ictu invenitur Δ 440 et item in δεῖμα Ε 682, quae vox praeterea non occurrit.

Hactenus de substantivis et adiectivis in quibus σ inter vocales intercidit; de verbis pauca addam. ναίω probabili modo ex νάσjω derivatur a Sonnio in ephem. XII 350, cf. Curt. etym. p. 282; iam in Iliade legi potest οἳ (αἳ) ναίουσι Β 130. 535. 626, ἄνδρες ναίουσιν Ι 154. 296, ναίουσ' ὑποφῆται Π 235, ναίεσκεν Ε 708. Π 719, νάϊε Ψ 299. Contractae vero formae regulam non debilitant sed firmant quippe quae non temere sed bonam ob causam admissae sint. Sic ναίεμεν εὐναιόμενος ναιετάω περιναιετής. Deinde ναῖε, quia saepe molestum erat vocem a duabus consonantibus ordientem subicere, sed etiam tum poëta diphthongum plerumque in prima thesi posuit Ε 613. Ζ 34. Ν 172. 176. Ο 432. 551, semel tantum in medio versu Ξ 121. Tum in ἔναιον et ἔναιε primae saepeque praeterea ultimae syllabae brevitas contractionem necessariam reddidit; iam insuper etiam hae voces paulo saepius in ultima thesi Β 522. 593. 615. 681. 854. Ν 695. Ο 334 quam in mediis quatuor inveniuntur Β 511. 824. Ε 543. Ζ 13. 396. Denique ναίων, quod in aliquot locutionibus occurrit, semper praesidio ultimae thesis utitur: οἰκία ναίων Ζ 15. Η 221. Ν 664. Π 595. Ρ 584; αἰθέρι ναίων Β 412. Δ 166, τηλόθε ναίων Π 233.

4) De brevibus vocalibus inter quas τ intercidit.

Aliquot neutra, quorum stirps exit in ατ, in casibus obliquis amittunt tenuem τ ut hae oriantur terminationes: gen.

sing. αος, dat. αϊ, gen. plur. αων; in his terminationibus Homerus nondum ut posterior ionica prosa vocalem α in ε debilitat. Atque singularis quidem genetivus nunquam in Iliade (neque in Odyssea) occurrit; genetivus pluralis in αων bis in Iliade legitur; κεράων P 521, τεράων M 229. Sed ων pro αων in quatuor Iliadis exemplis exstat quae omnia in genetivo κρεῖων inveniuntur (cf. p. 18), ita ut antecedentibus brevibus vocalibus, ε et ι, poëtam ad contrahendas vocales α et ω coactum fuisse appareat. Haec igitur est conditio genetivi pluralis; dubium esse potest quid de unico exemplo dativi singularis sit statuendum. Legitur enim Λ 385: τοξότα λωβητήρ, κέραι ἀγλαέ, παρθενοπῖπα, de quo versu magna erat dissensio apud veteres, primum utrum κέρας de arcu an de capillo esset accipiendum, deinde utrum dativus singularis an accusativus pluralis scribendus esset. Iam si capilli suspicionem reicimus relinquitur altera dubitatio; quamquam enim aevo alexandrino τὸ κέρᾳ σὺν τῷ ι ἡ παράδοσις erat, tamen in tali quaestione iudicium liberum esse debet. Atque dativi quidem — id quod genetivi pluralis allata exempla demonstrant — nulla alia forma Homero tribui potest nisi κέραϊ, praesertim quum etiam herodotea dialectus diaeresim quamvis debilitata vocali servaverit: κέρεϊ; itaque si cui dativus singularis aptus videtur, vocalis ι aut elidenda est: κέρα' ἀγλαέ, aut per synizesim cum sequente α coniungenda: κέραϊ ἀγλαέ, cf. p. 29. Sed quod ad sententiam pertinet fateor accusativum plur. mihi magis probari quia arcus, τὰ τόξα, rectius cornua, quasi nihil aliud sit atque ipsa cornua, a Diomede per contemptionem vocari videtur quam cornu quod, quum collectivum sensum („du durch horn edler") continere vix possit, veritati repugnat; nam arcus ex duobus cornibus conficiebatur; cf. praesertim Δ 109 sqq.

Duas quae restant huius dissertationis partes typis excudendas non curavi. Conclusio haec erat:

Pugnaremus cum natura poësis popularis si putaremus eum qualemcunque usum, quem in Iliade ostendere conatus

sum, a poëtis cum deliberatione et iudicio esse servatum. Neque enim grammaticorum studiorum prorsus expertes, dum loquuntur, grammaticis formis vel constructionibus cum conscientia aut consilo uti possunt neque solemus nos si aut vernaculam linguam aut aliam nobis satis notam ad communem sermonem adhibemus; sed usus linguae illis non alius potest neque nobis alius solet esse atque usus pedum quos quomodo et cur moveamus, euntes non reputamus. Quum vero improvisatio, quam dicimus, in poësi populari non maiorem locum habuisse putanda sit quam relinqueret deficiens memoria: veteres res semper denuo canendo etiam vetus forma servata est; neque enim in tali culturae statu forma a materia separari potest ita ut non dubitandum sit quin homericis temporibus nemo, si de vulgaribus rebus loquebatur, formis epicae poësis usus sit neque si mythos Troianos narrabat, prosa oratione aut communi dialecto. Talem confusionem ne mente quidem ac divinatione fingere quisquam potuisset; imo propter consuetudinem a deliberatione alienam nemo ex ea sententia exire poterat ut putaret aliam esse mythorum ac poësis aliam vitae ac prosae orationis dictionem et dialectum, vel, si ad metaphoram redire licet, incedendi rationem. Sed ut pedes vulgari et laxo gradu assueti uti quidem possunt graviore gradu — atque adeo sunt fortasse qui sine molestia utantur — sed recidunt saepe in illum: sic etiam in poëticam linguam formae communis dialecti sensim irrepserunt — neque vero subito neque consulto, hae enim notiones a linguarum — et omnis organicae naturae — mutationibus alienae sunt.

Multas earum diaeresium, de quibus egimus, ultimis homericae poësis temporibus iam non pronuntiatas esse constat; iam enim e. g. pro εὐρεῖης Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ canebatur ἐν Λυκίης εὐρείης πίονι δήμῳ, cf. p. 13. Multae igitur contractae formae, quae metro defenduntur, huic recentiori aetati, qua vel novum aliquod carmen compositum vel vetus retractatum

est, tribuendae sunt, et interdum conatus sum pristinam versus formam ubi non valde obliterata videbatur coniectura assequi. Sed qui in omnibus Iliadis carminibus, postquam per innumerabiles rhapsodorum mentes et ora, praeterea per Alexandrinorum artem criticam transierunt, eas grammaticas formas restituet, quibus cuiusque carminis primus poëta usus est: is erit mihi magnus Apollo.

Nequaquam res novas ago neque suadeo ut ad spirantem Ϝ, quam iam in textu videmus, significatio omnium diaeresium de quibus egimus addatur. Qualis enim textus constituendus est? Is quem ultimi rhapsodi ante diasceuen declamaverunt? At frequentissima spirantis Ϝ et diaeresis neglectio docet neque illam neque hanc ab iis in multis vocabulis pronuntiatam esse. An is textus quem priores poëtae cecinerunt? At posteriores eum ita obscuraverunt ut restitui non possit. Itaque eum unum ad finem ut spirans Ϝ vel diaeresis locum habeat, in editione nullum versum corrigendum puto, nisi certum videtur corruptelam in diasceuae aut post eam factam esse. Num autem iis locis ubi etymologia et metrum permittunt, spirans Ϝ et diaeresis significandae sunt? At spirans j idem ius sibi vindicare potest: postulabit etiam sibilans σ ut in locum spiritus asperi ex ipsa orti restituatur. Quodsi quis hanc quasi proclivem planitiem inierit, textus mox continebit variam ac perturbatam confusionem grammaticarum formarum ex omnibus graecae linguae aevis haustarum. Praestat Aristarcheum textum tenere neque ab eo discedere nisi aut sententia postulat aut aliquid de eorum librorum scriptura scimus vel conicere possumus, qui carmina homerica ex Pisistratidarum tempore usque ad aevum alexandrinum tradiderunt; earum vero grammaticarum formarum, quibus epicam Graecorum poësim aliquando usam esse huius saeculi studium grammaticum docuit, aut nulla recipiatur aut eae tantum in quarum usu omnes homericorum carminum poëtae inter se congruunt; hic numerus neque in

spirante ſ neque in diaeresi magnus est. Lectorem autem semper recordari oportet se non genuina verba primigeniorum carminum ante oculos habere. Satis igitur mihi sit si non tam usum constantem diaeresis quam potius vestigia antiquioris usus ostenderim.

VITA.

Natus sum, Hermannus Röhl, d. IV mens. Febr. a. h. s. LI Wittstockii patre Friderico, mathematicae praeceptore, matre Theresa e gente Francke; fidei addictus sum evangelicae. Quum pater Graudentiam transmigrasset, huius urbis scholam realem usque ad ascensum in primam classem frequentavi, ita tamen ut graecae linguae elementa privatim docerer ab A. Lentzio, philologo non ignobili. Tum per triennium gymnasio Marienburgensi et item per triennium universitati Berolinensi adscriptus fui. Hic philologicis studiis incubui atque horum imprimis virorum ill. scholis interfui: Boeckh, Droysen, Haupt, Hübner, Kirchhoff, Müllenhoff, Trendelenburg; nec non seminarii philologici per tria semestria sodalis ordinarius et theotiscarum exercitationum particeps fui. Quum omnes illos viros de me optime meritos pie veneror tum Kirchhoffium qui etiam ad privatissimam lectionem liberaliter me admittit.

THESES.

1. In Platonis Gorgia, p. 461 B, scribendum est: καὶ ἐὰν ἔλθῃ ταῦτα μὴ εἰδώς.
2. Reus, cui Lysias orationem XXI scripsit, ab Andocide accusatus erat.
3. Apud Lysiam, XIX 11, scribendum est διὰ σπάνιν pro καὶ σπ.
4. Apud Livium, XXV 25. 8, scribendum est: „castraque testis parietum pro muro saepta".